INTERLIBR[redacted] NYSILL

APR 5 1974 F

JUN 3 1974

APR 15 1996

DEC 12 1974 B U

MAR 29 1996

JUN 2 1977 C2

JAN 25 2003

AUG 25 1977 F

APR 19 '82 Q

2

MAY 2 '83 N 16

NOV 23 '83 JN 6

NDREAE CAPELLANI

REGII

FRANCORUM

DE AMORE

LIBRI TRES.

RECENSUIT

E. TROJEL.

HAVNIAE.

IN LIBRARIA GADIANA.

MDCCCXCII.

TYPIS DESCRIPSERUNT NIELSEN ET LYDICHE.

Praefatio.

Opusculum de amore, quod Andreae cuidam Francorum regio capellano tribuitur, Latina scriptum lingua in tres distribuitur libros, quorum primus est de acquirendo amore, secundus de acquisito amore retinendo, tertius de amore reprobando. In praefatione operis auctor dicit, se id composuisse precibus commotum Gualterii amici sui, ad quem totus dirigitur sermo. In primo libro exemplis ostenditur, quae, ut amorem mulieris sibi conciliet, a viro sint dicenda vel plebeio vel nobili vel nobiliori vel nobilissimo, qui est clericus; itemque quo modo respondere possit femina vel plebeia vel nobilis vel nobilior. His pauca adduntur de amore clericorum, monacharum, rusticorum, meretricum. Quinto colloquiorum inserta est longa narratio de poenis, quibus deus amoris feminas non amantes post mortem afficit [1], septimo epistola comitissae cuiusdam Campaniae sola M. littera designatae [2]. In libro secundo de multis disputatur periculis, quibus amor acquisitus expo-

[1]) p. 91—108.

[2]) p. 152—155.

situs est, et quo modo minuatur amor et deficiat, multaeque quaestiunculae ab auctore positae explicantur. Ultima capitula continent iudicia notissima amoris et fabulam[1], qua narratur miles quidam Brito regulis amoris ab ipso deo amoris scriptis potitus esse. Quum in duobus libris primis amor commendetur, in tertio libro vehementissime auctor in amorem et feminas invehitur; animadvertendum tamen est, eum in praefatione operis amico dissvadere, ne amet.

Quis hic fuerit Andreas et quo tempore librum scripserit, adhuc sub iudice est. Fere nulla enim indicia temporis ipse liber praebet, quaeque pauca eruta sunt, tam incerta manent, ut nihil ex iis coniicere liceat, nec nobis apertum est, cuius regis Francorum capellanus fuerit auctor libri. Una tamen res est, quae terminum pangat, ante quem liber scriptus esse non potest: Epistola comitissae Campaniae munita est temporis indicatione; scripta esse dicitur anno 1174[2]. Eo tempore comitissa erat Campaniae[3] Maria, filia regis Francorum Ludovici VII, quae anno 1164[4]

1) Cap. VII (p. 271—295) et Cap. VIII (p. 295—312).

2) In duobus codicibus haec indicatio deest, in uno 1176 errore pro 1174 legitur, in duobus annus in an. 1210 commutatus est (Videatur infra).

3) Dubitari non potest, quin Campania provincia Franciae *Champagne* appellata intelligenda sit, quum eluceat, auctorem Francum esse nec de aliis nisi de Francicis rebus cogitare, quod infra demonstrare conabor.

4) Mortua an. 1198. Nata videtur an. 1145 (Revue des questions histor., 1891, p. 403).

Henrico comiti Campaniae nupserat; dixi, auctorem eam M. littera designare. Commemorantur in secundo maxime libro etiam aliae dominae, quae ipso eo tempore vixerunt: „Alinoria Angliae regina“ et „Mengarda domina Narbonensis“. His enim nominibus iam, qui nostris temporibus primus exemplum manu scriptum huius operis Parisiis in Bibliotheca nationali reperit [1], Raynouard vir illustrissimus, recte intellexit, matrem Mariae Alinoriam, primo Franciae deinde Angliae reginam, et Ermengardam, vicecomitissam Narbonis designari. Eodem loco secundi libri comitissae etiam Flandrensis mentio facta est nomine non addito. Veri simile est, hanc esse Isabellam Vermandensem, aequalem fere Mariae comitissae Campaniae [2]. Quae iudicia amoris vocantur, unum et viginti [3] responsa de amore reddita, his quattuor feminis attri-

[1]) Bibl. nat. fonds latin N⁰. 8758. Videatur Raynouard: Choix des poésies originales des troubadours, t. II: Des cours d'amour.

[2]) De Isabella comitissa videantur: Trojel: Middelalderens Elskovshoffer, p. 112—113; Romania, XVII, p. 591—595 (G. Paris); Revue des langues romanes, t. XXXII (1888), p. 286 — 288. Anno 1156 Philippo comiti postea Flandriae nupta an. 1182 decessit. — Alinoria an. 1152 Henrico postea regi Angliae nupsit, obiit an. 1204. Ermengarda, vicecomitissa Narbonis an. 1142, ante an. 1192 mortua est.

[3]) Viginti, si responsum de muneribus (iud. XXI, 293—295) non adnumeres; huc accedit epistola comitissae.

buuntur, pleraque comitissae Campaniae[1]. Alia etiam de causa iudicia amoris eius temporis esse videntur; eaedem opiniones, quas in iudiciis amoris regulisque in iis commemoratis afferri videmus, in opera etiam poetarum illo tempore viventium penetraverunt, quorum duo Mariam comitissam laudibus commemorant[2]. Sed, si hoc modo nobis

---

[1]) Septem (octo) iudicia a com. Camp. reddita sunt, quinque ab Ermengarda, duo a comitissa Flandrensi, sex a regina Angliae, unum a curia dominarum in Guasconia convocata. Quum tribus locis „regina“ legatur nomine non addito, G. Paris sagaciter ostendere conatus est, hoc modo aliam significari reginam, Aelidem scilicet reginam Franciae, uxorem Ludovici VII (Rom., XII, 525). Animadvertendum tamen est, primo „Alinoriam reginam“ dici (iud. II et VI), deinde: „Ad eiusdem reginae arbitrium defertur“ et: „cui negotio taliter regina respondit“ (VII), „Huic quidem negotio taliter regina respondit“ (XVII), „His autem taliter regina respondit“ (XIX), „Fuit etiam a regina quaesitum“ (XX), ut sensim auctor ad hanc breviorem deveniat denominationem (Cfr. Pio Rajna in Studj di filol. rom. V, 249 n. 3). Verba, quibus in. iud. XVII utitur „regina“ dicens, se non audere comitissae Campaniae obviare sententiae, nimia nos admiratione afficere non debent; nam, quamquam de matre atque filia agitur, in iudiciis, quae serio redduntur vel serio reddi putantur, necessitas sanguinis nullius momenti esse videtur. Alia tamen ratio impedire videtur, ne illud iudicium XVII (et duo igitur alia) Alinoriae tribuantur; anno enim 1173 a marito in custodiam data liberata demum est morte eius an. 1189, iudicium autem XVII post 1174 redditum est. Neque tamen multum huic argumento tribuendum puto.

[2]) De Christiano Tricassino videatur G. Paris, Rom., XII, p. 523; de Gualterio Atrebatico vid. W. Foerster: Ille und Galeron von Walter von Arras, p. XVIII, XIX, XXVIII—XXX (Romanische Bibl. No. 7).

licet terminum temporis constituere, ante quem liber Andreae scriptus esse non potest, multo difficilius est eum satis angustis finibus circumscribere, si quaeritur, intra quod tempus exstiterit. Notum est, Fabricium dicere[1], Andream vixisse librumque scripsisse circa annum 1170. Sine dubio Fabricius hanc indicationem e Glossario domini Du Cange desumpsit, in tabula enim huius operis liber Andreae in annum 1170 confertur. Utrum Du Cange errore inductus an alia de causa an. 1170 anno 1174 substituerit, non liquet. Codices errandi materiam in hoc non praebent[2]. Raynouard Fabricium sequitur[3]. Quamvis talis constitutio temporis, quae nulla re certa nitatur, reiicienda sit, propius tamen veritatem accedere videtur, quam quae opinio a viro praeclarissimo Fr. Diez allata est, quum dixit, videri sibi hunc librum saeculo XIV provenisse[4]. Quam opinionem postea non retraxit, et videtur eum fugisse, Claudium Fauriel loco minime obscuro[5] confirmasse, librum Andreae ab Ieremia de Montagnone, qui saeculo, ut videtur, exeunte XIII vixit[6], commemoratum esse, ibique Andream Innocentii papae IV capellanum

---

[1]) Bibliotheca mediae et infimae latinitatis.

[2]) De codicibus videatur p. II n. 2 et p. XIX—XXIX.

[3]) l. c. p. LXXX.

[4]) Beiträge zur Kenntniss der romant. Poesie. Erstes Heft. Berlin 1825. p. 76.

[5]) Histoire litt. de la France, t. XXI (1847), p. 329.

[6]) Vid. tractatus uberrimus P. Rajnae in Studj di filol. rom., V, 193—204.

nominatum. Utique igitur saec. XIII vixit. Postea vero Th. Sundby, vir doctissimus, librum Andreae iam laudatum esse ostendit ab Albertano causidico Brixiensi in libro, qui inscribitur *De arte loquendi et tacendi*, anno 1245 scripto, et iterum in alio eiusdem libro inscripto *De dilectione Dei et proximi et aliarum rerum et de forma honestae vitae*, librumque Andreae ab eo appellatum *Gualterium*[1]. G. Paris, v. d., in hoc libro Albertani praeter Andreae definitionem amoris tres regulas amoris laudatas commemorat[2], ego postea tredecim inveni[3]. Hic tractatus Albertani scriptus est anno 1238[4]. Ante hunc annum nemo adhuc mentionem libri Andreae invenit. Qua etiam de causa G. Paris existimat, eum saeculo XIII ineunte scriptum esse, id est, ut e verbis apparet, non primis saeculi annis sed propius an. 1220[5]. Quam ad opinionem alia etiam virum doct. ducunt. Videtur enim ei e verbis auctoris libri intelligi posse, eum post mor-

---

1) Brunetto Latinos Levnet og Skrifter, Kjøbenhavn 1869, p. 170 et CIV.

2) l. c. 527.

3) l. c. 99. Regulae amoris (Andreas: De amore, p. 310—312) ab Alb. laudatae haec sunt: 2. 21. 23. 24. 25. 26. 29. 27. 20. 15. 16. 30. 10. 18. 8. 19, quae ultima et in tract. de arte loqu. (ed. Sundby l. c.) et in tract. de dil. etc. laudatur (Dei trattati morali di Albertano da Brescia Volgarizzamento da Andr. di Groseto publ. a cura di Selmi, Bologna 1873, p. 206, 211—212, 219, 283).

4) Albertani Liber de Consolatione et Consilio ed. Sundby, Havniae 1873, p. XI, 2; P. Rajna, l. c. p. 207, 2.

5) l. c. p. 528; cfr. Roman., XIX (1890), p. 623—624.

tem dominarum in opere commemoratarum vixisse, et deinde uno et solo loco, quo hominem ex historia notum sibi tempore aequalem dare videtur auctor, Paris existimat[1], eum de Andrea II rege Ungariae (inde ab an. 1204—1235), dicere velle; neque enim hoc loco nomen ullum indicatur[2]. Verba, quibus vir doctissimus nititur, haec potissimum sunt: „et hoc quidem Campaniae comitissam ex quibusdam suis dictis sensisse cognovimus"[3] et: „exstat inde dictum Campaniae comitissae dicentis"[4]. Sed ex his verbis necessario non concluditur, feminas illas iam tempore, quo scriptum est opus, mortuas esse, quum fieri possit, ut auctor eius solummodo indicare voluerit, comitissam Campaniae tum, quum illa verba proponeret, eius

---

1) Roman., XII, l. c.

2) Rex est in Ungaria intensa plurimum habens crura simulque rotunda prolixosque et aequales pedes et omnibus fere decoribus destitutus. Quia tamen nimia morum invenitur probitate fulgere, regalis coronae meruit accipere gloriam et per universum paene mundum resonant eius praeconia laudis (p. 62).

3) p. 269.

4) p. 275 (iudicium III). P. Rajna (l. c. p. 250 n. 1) vult, verba q. s. *inde dictum* in *inde edictum* mutari. In iud. VIII tamen Andreas etiam vocabulo eodem (*dictis*, p. 280) utitur, nec ullo loco de his rebus loquens iudicia dominarum edicta vocat. Quod in uno cod. (*B*) id ipsum verbum legitur, correctoris debetur ingenio, quum in parente huius codicis *editum* legeretur, quod verbum ex verbis *inde* et *dictum* provenerat (Vid. scriptura varia p. 275).

fuisse sententiae, neque verbo „exstat“ quidquam probatur certi; et deinde alia videntur verba ei opinioni contraria. Ita in colloquio nobilioris viri cum femina nobili de eadem comitissa vir haec dicit: „Huius iudicium per omnia profiteor in perpetuum stabilito tenore servare et illibatum penitus custodire, quia de eius sapientia ac iudicii libramine nullus recte unquam poterit dubitare“ [1], quibus quidem verbis videri potest auctor non mortuam honorare voluisse [2]. Et quod eas magnificis verbis, quasi hominibus potentibus blandiens, non commemorat, nonne chronicorum scriptores illius temporis eodem modo homines nobilissimos suo viventes tempore solis nominibus indicatis sine ullo ornamento commemoraverunt? Inutile igitur de his verbis ulterius disputari videtur [3]. Et, quod ad „regem Ungariae“ attinet, quae laudes ab auctore ei tribuuntur, in Belam III, patrem Andreae II, aeque conveniunt atque in hunc. Nam, ut Andreas, Bela fratri successit, quum antea spem regni non habuisset. Ob iustitiam laudatur, sed idem de Andrea II dici potest, qui post seditionem quidem in fratrem factam, omnibus modis se huic utilem

---

1) p. 149—150.

2) Alius locus, quem alibi (Middelalderens Elskovshoffer, p. 104) ad hanc corroborandam opinionem utilem dixi, ubi comitissa adiectivo „gloriosae“ honoratur (iud. V), fortasse removendus est, quum in duobus codicum non inveniatur.

3) De his rebus cfr. Middelalderens Elskovshoffer, p. 103—104; P. Rajna in Studj di filol. rom., V, 250—51.

adiutorem praestitit[1]. Veri similius tamen est, matrimonium Belae cum filia regis Franciae[2] multo magis animos hominum advertisse quam filium ex ea natum, multisque fortasse sorti filiae regiae non admodum invidendum visum esse, et ita verba illa, quae Andreas capellanus dominam nobilem dicentem facit, malle se aere modico Franciae contentam adesse et libere ire posse, quo velit, quam Ungarico aere onustam alienae subiici potestati[3], commode explicantur, si existimes, iis occasionem praebere admirationem exortam matrimonio filiae regis cum externo rege e terris longinquis contracto. Ita autem haec verba ad annum 1186 nos referrent, quo anno Bela Margaretham duxit. Sed haec omnia incerta esse nemo non videt[4].

Auctorem Andream fuisse regis Francorum capellano, iis codicibus, qui nomen auctoris praebent, nobis confirmatur. Iam dixi, Ieremiam de Montagnone, eum capellanum Innocentii IV papae fuisse, arbitrari. Et fuit qui-

---

1) De his regibus pauca narrantur in chronicis Ungaricis (Chronica regum Hungariae ed. Joh. v. Thwrocz, Budae 1488; Schwandtner: Scriptores rer. Hungaricarum, Vindobonae 1766—68; cfr. Rajna, l. c.; Midd. Elsk., p. 102.

2) Margaretha, filia Ludovici VII, quae desponsa fuerat Henrico iuveni filio Henrici II regis Angliae, anno 1186 Belae nupsit.

3) p. 87.

4) Confisus codice Gaddiano (Videatur infra annotatio (Explicit), qua terminatur hic codex) putavi olim me veri simile facere posse, Gualterium illum, quem Andreas in libro suo alloquitur, esse Galcherium III de Castilione

dam Andreas Innocentii capellanus[1], et scripsit libellum nominatum *De dissvasione uxoriationis*, quem Ieremias recte ei tribuit, sed etiam librum Andreae *de amore* eidem adscribit, et huic libro verba, quae in illo insunt[2]. Sed fieri non potest, ut idem librum *de amore* et librum *de dissvasione ux.* scripserit, nimis enim dissimiles inter se sunt. Deinde multis ex rebus elucet, auctorem libri *De amore* inscripti in Francia vixisse[3], quin, eum Italum non fuisse, evidenter ab ipso probatur, quum Italiam non nisi uno loco commemoret dicens, in Italia quendam comitem degere nobilissimum morum pravissimorum[4]. Patriae autem

(Gaucher III de Châtillon), cuius praenomen in chartis a rerum scriptoribus laudatis saepe Gualterium scriptum esse videram. Hunc conatum (de quo videatur Middelalderens Elskovshoffer, p. 105—113) tamen funditus evertit G. Paris ostendens, illa nomina prorsus esse diversae originis ab iisque, qui chartas legissent vel typis dedissent, non esse intellecta (v. Journal des savants, 1888, p. 673).

1) C. Frati in Propugnatore, Nuova Serie, II, 2: A proposito d'Andrea Cappellano; P. Rajna, l. c. p. 226 sqq.

2) P. Rajna, l. c. p. 231. Libellum Andreae, *De dissvasione uxoriationis* inscriptum, an. 1889 a me Romae in Bibl. Vat. (cod. Vaticanus 5110, f. 20 r⁰-f. 20 v⁰) reperta est. Temporis exiguitate prohibitus sum eum transscribere. P. Rajna, de hac re a me certior factus, quum postea Romam venisset, eum transscripsit et edidit (Stud. di fil. rom. V, 266—272), magna urbanitate, ut sibi per me liceret, precatus.

3) aere modico F r a n c i a e contenta adesse (p. 87); Quum... per regiam F r a n c i a e silvam equitarem (p. 91); cfr. Trojel, l. c. p. 61; Rajna, l. c. p. 255.

4) p. 61; Rajna, l. c.

potius laudes tribuisset. Minus etiam veri simile est, patrem auctoris libri *de amore,* aliquot tandem annis ante 1238 scripti, adhuc anno 1262 vivum fuisse. Sed patrem Andreae Innocentii capellani eo anno vixisse, testamento huius capellani ostenditur[1]. Ieremias igitur nomine deceptus, qui duo erant, unum fecit. Capellanus regius Francorum Andreas nullus nominatur inter an. 1174 et 1220[2], ad curiam autem Mariae Campaniae comitissae, Andreas quidam capellanus et cancellarius inde ab anno 1185 ad 1187 erat[3], et, si demonstrari posset, librum ante an. 1200 scriptum esse, hoc nomen certe animum nostrum converteret, quum praesertim tantas teneat partes Maria comitissa in libro Andreae. In codicibus autem regius vel aulae regiae dicitur capellanus, et fieri quidem potest, ut post an. 1187 in aulam regiam transierit, etsi in chartis regiis non nominatur, sed multa alia aeque possibilia sunt. Negari non potest, haec

---

1) testamentum a C. Frati editum est l. c. p. 203.

2) Histoire ecclésiastique de la cour etc. p. p. Peyrat, 1645, fol. — Oroux: Hist. ecclés. de la cour de France, Paris 1776—77, 4° t. I—II; Recueil des historiens de la Gaule etc. t. XIII—XVIII; Lettres des rois, reines et autres personnages des cours de France et d'Angleterre dep. Louis VII — Henri IV p. p. Bréquigny et Champollion-Figeac, t. I; Rouleaux des Morts du IXe au XVe siècle, p. p. Delisle. Paris, 1866; Mabillon: De re diplomatica. Paris 1681, fol.; Trojel, l. c. p. 165.

3) Rajna, l. c. p. 258; D'Arbois de Jubainville: Hist. des Ducs et des Comtes de Champagne, Paris 1859 — 69, IV, 543—44.

eadem laborare difficultate atque ea, quae supra dicta sunt de rege Ungariae: incerta sunt[1].

Mirum videri potest, ecclesiasticum talem librum conscripsisse, sed omnia probant, vera affirmare codices, et eius peritia Scripturae sacrae et scientia quorundam scriptorum veterum; maxime vero elucet ex verbis, quibus ecclesiasticos defendit et laudibus effert; et eum virum fuisse pro suo tempore urbanitate et experientia morum et litterarum excellentem, eumque societatem hominum nobilium frequentasse, satis apparet[2]. Causa mihi non videtur, cur dubitemus, quin vere Andreas nomen ei fuerit. Consensus codicum grave satis testimonium praebet, et deinde nomen suum indicat ipse in textu implicatum modo, quo saepe etiam poetae illius temporis usi sunt[3]. Minime veri simile videtur, auctorem libri suo nomine abscondito aliud assumpsisse; nam si veritus esset, ne sibi tanquam ecclesiastico liber crimini daretur, certe nomini assumpto titulum capellani non addidisset. Tertia etiam pars libri *(De amoris reprobatione)*, verbis acerbissimis impetu in amorem feminasque facto demonstrat, ut docet P. Rajna[4], eum non

---

1) De conatu temerario quorundam, quo Andream capellanum eundem atque Andream Parisinum faciunt, vid. Trojel in Rom., XVIII, 473—77.

2) Haec omnia iam Rajna explicuit l. c. p. 253—255.

3) p. 261—262: Sed dices forte: Adeo .... huic ergo, magister, liberationis praesta remedium! Sed non gaudeat A n d r e a s etc.

ignarum huius periculi fuisse et palinodia conatum esse antea scripta irrita reddere, quod non opus fuisset facere, si nomen eius notum non fuisset.

Iam supra dictum est, antiquissimam mentionem libri Andreae capellani adhuc erutam in libris Albertani Brixiensis inventam esse. Quae plures exstant ad posterius tempus pertinentes nullam igitur utilitatem nobis afferunt ad tempus definiendum, quo hic sit scriptus liber. Mirum est, vestigia certa eius in operibus poetarum Franciae ad medium demum saeculum XIII apparere, quum in Italia iam antea notus esset; poetae lyrici eum nulli citant[1], apud Italos autem XIV saeculi P. Rajna, eum notissimum fuisse, ostendit[2]. Primus inter Gallos arguitur eum cognovisse Iacobus Ambianus (Jacques d'Amiens), cuius ars amandi brevi ante medium saeculum XIII scripta esse existimatur[3]. Veri simile videtur, ei exemplum Andreae secuto in mentem venisse viros cum feminis de amore colloquentes earumque petentes amorem in suam artem inferre[4]. Postquam opus Andreae Francice saeculo exeunte redditum

---

[1]) Trojel, l. c. p. 114—115.

[2]) l. c. p. 205—224.

[3]) L'Art d'amors und li remedes d'amors, zwei altfr. Lehrgedichte von Jacques d'Amiens, herausg. von G. Koerting, Leipzig 1868.

[4]) G. Paris: La Poésie du moyen âge, p. 203 (Histoire litt., XXIX, p. 485), Roman., XII, p. 527; Brakelmann in Jahrbuch für roman. u. engl. Lit., IX, 429; Trojel, l. c. p. 115—116.

est a Drouart de la Vache quodam, huic versioni a Nicolao Margivallensi in fabula versibus narrata saec. XIII exeunte, quae inscribitur *Le Dit de la Panthère d'Amors*, nomen datur *Gualterio*[1]. Continet etiam ea fabula parvum carmen inscriptum *Le Dit de l'anelet*, regulas Andreae de anulo[2] exponens. Haud facile diiudices, utrum carmen Provinciali lingua factum, quod *La Cour d'Amour provençale* vocant[3], aliqua ex libro Andreae desumpserit, an, quod potius crediderim, ea, quae ad similitudinem eius accedere videntur, tempori moribusque debeantur, quod idem fortasse dicere licet de compluribus poematis epici generis[4]. Hoc carmen ante medium

---

1) G. Paris: Romania, XII, 526; XIII, 402—404. Le Dit de la Panthère d'Amors p. Nicole de Margival p. p. Todd. Paris 1883 (Soc. d. Anc. Textes Fr. 17).

2) De amore, p. 293—295.

3) Les Manuscrits Provençaux de Cheltenham p. L. Constans, Paris 1882 (Extr. de la Revue des Langues rom. 1881).

4) Credo ego, auctorem parvi poematis, quod inscribitur *Le Lai del Trot*, Andream non imitasse neque Andream illum (Trojel l. c. p. 116—123; cfr. Rom. XX, 615); et sine dubio Christianus Tricassinus et Gualterius Atrebaticus in curia Mariae comitissae Campaniae (vid. p. IV n. 2) huius opiniones de amore cognoverunt easque in poematibus suis adhibuerunt; nihil tamen, quod sciam, apud Christianum indicat, eum formam regularum et iudiciorum amoris reddere conatum esse (vid. Trojel, l. c. p. 132—134); nec, Gualterium iudicium XV imitatum esse in vers. 1880 sqq., ut vult W. Foerster vir doctissimus (l. c. p. XXIX), mihi videor pro certo affirmare posse, quum apud poetas tam multa inter se simillima opinionibus communibus, non vero imitationi certi exemplaris, debeantur nec ullo artiore vinculo parentelae coniungantur.

saeculum scriptum videtur. Miro modo inter se consentiunt carmen Latinum de Phyllide et Flora[1] et pars quaedam libri Andreae, ubi de amore clericorum disputatur[2]. Saeculo XIII exeunte Ieremias de Montagnone[3] *Compendium Moralium notabilium* scripsit, in quod multa dicta Andreae capellani inseruit, librum eius hoc modo denominans: Andreas ad Gualterium de amore. Eiusdem temporis liber est Italica quadam dialecto confectus, qui inscribitur *Fior di Virtù*; hic etiam regulae amoris Andreae citantur[4].

Redditum est opus Andreae de amore Francice, Italice, Germanice.

Versiones Francicae duae saeculo XIII factae sunt. Neutra nobis textum integrum tradit libri Latini. Antiquior ea est, quam in codice bibliothecae Vindobonensis Pal. conservatam A. Mussafia vir doct. et post eum copiosius F. Wolf commemoraverunt[5]. Quaedam partes libri Andreae alii operi, cui nomen datum est *Doctrine d'amor*, insertae sunt, auctore earum tamen non nominato.

---

1) Jacob Grimm, Kleine Schriften III, 44.

2) Trojel, l. c., 125—127.

3) De Ieremia vid. supra p. V, IX—XI.

4) P. Rajna l. c. p. 210.

5) Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der Akad. der Wissenschaften, Wien 1863, XXXIX, p. 547. — Denkschriften der kaiserl. Akad. der Wissensch. Philol.-hist. Classe. Wien 1864 (XIII), p. 186 sqq. De lingua huius versionis disputavit Max Brun: Laut- und Formenlehre des Livre d'Ananchet. Bonn 1889.

Quod unicum nobis exstat exemplar, transscriptio esse videtur anno 1287 confecta, qui annus ad calcem operis additus est. Auctor huius operis, Francica-Italica dialecto scripti, se ipse Annanchet vel Enanchet nominat. Si aliud nihil, haec versio demonstrat, auctori quaedam operis Andreae talia nota fuisse, qualia ea nos cognovimus. — Altera versio anno 1290, quod ipso opere docemur, versibus data est a Drouart La Vache quodam, qui se ipse ad finem operis nominat[1]. Totum quidem complectitur opus Andreae; multa tamen omissa sunt: Deest fabula de Amoris palatio et de mulieribus ab deo amoris punitis, desunt igitur duodecim praecepta amoris[2]; deest tota narratio, quae regulas praecedit amoris; deest ultimus versus definitionis amoris, qui tantas praebet difficultates[3], deest etiam maior pars illius colloquii[4], quo amor clericorum primum explicatur, multaque alia. Quaestiones ultimum colloquium sequentes inscriptae: *Ci est li oppositions dou deciple au maistre* et *ci est la response le maistre,* aliqua continent eorum, quae primo de clericorum amore in codicibus disputantur[5] Latinis; hic autem capitula de clericis et de

---

1) Nomen aperitur vel occultatur aenigmate satis inepto. De hac versione G. Paris, qui eam invenit, scripsit Romania, XIII, 403.

2) p. 89—108.

3) p. 3.

4) p. 155—206.

5) p. 185—193.

monachis illas quaestiones praecedunt, et quaestio, in p. 206—213 tractata, transposita est ad finem capituli VII. Omnino autem dicendum est, hanc versionem saepe verba operis Latini non nimis inepte reddere, ubi rhythmus non obstitit novaque invenire coëgit. Si versibus data non esset, maiorem nobis utilitatem afferret ad textum Latinum restituendum. Quae desunt, ab ipso interprete omissa videntur. Nam Albertano iam notus erat ille versus definitionis, et in antiquissimis etiam codicum haec insunt. Cod. Vaticanus fortasse eiusdem est temporis atque liber versionem continens. Quum Nicolaus Margivallensis dicat, hanc versionem Francorum lingua appellari „*Gautier*", mirum est, hoc nomen, quod frequentissime in opere Latino invenias, in versione omnino non legi. Neque Gualterii neque Andreae nomen usquam oculis occurrit. Ad initium eadem manu qua cetera scriptum est: *Icy comence li liures d'amours*, et ad finem rubro exaratum: *Explicit li Roumans damours*[1]. Liber nitidus, qui hanc versionem continet, in bibliotheca Arsenalis Parisiis asservatus[2] ad saeculum XIV iniens vel fortasse ad XIII exiens pertinet.

Versiones Italianae etiam duae exstant non admodum inter se differentes prosa oratione factae. Alterius unus modo notus est codex, qui

---

[1]) De quibusdam locis dignis, qui commemorentur, infra dicetur (p. XXXVII).

[2]) cod. 3122 fol. min. membr. 48 fol. nitide scriptus, pictis ornatus initialibus. Paginae divisae sunt in binas columnas 40 linearum.

Romae in bibliotheca Barberiniana asservatur[1], alterius vero quatuor, omnes Florentiae, quorum duos bibliotheca Riccardiana[2], duos Laurentiana Palatinaque possidet[3]. Riccardianus alter (2318) totum praebet textum, alter liberque Palatinus libro caret tertio (De reprob. amoris), Laurentianus ad medium fere opus consistit. Hae versiones saeculi XIV esse videntur. Versio Barberiniana his incipit verbis: „Cominciasi il libro fatto per Andrea Cappellano lo quale si chiama lo Gualtieri“ et his terminatur: „Qui finisce il libro dell'amore, il quale si chiama lo Gualtieri fatto da Andrea Chappellano. Deo grazia amen.“ Codex Riccardianus totum textum continens eum *trattato d'amore* appellat. Scriptus est anno 1408 „per mano di Michele dallessandro arrighucci“[4]. Hae versiones plerumque fideliter verba codicum Latinorum reddunt; fons Riccardianae exemplar fuit codici Vaticano simillimum[5]. In bibl. Laur. etiam asservatur versio capituli VIII libri secundi: *De regulis amoris*, quae inscribitur: *Gualtieri damore nel primo libro, del chaualiere brettone com'elli*

---

1) cod. Barberinianus XLVI, 28, f. 51 r⁰ — 86 vum (saec. XV).

2) cod. Riccardianus 2317 (saec. XIV) et 2318 (saec. XV).

3) Laur. Pl. XLI, 36; Palat. E, 5, 6, 23.

4) De versionibus Italianis copiosius P. Rajna scripsit l. c. p. 216—221. Ipse inspexi versiones Barb., Ricc., Laur. Crescimbeni aliquot iudicia amoris e cod. Ricc. 2318 excerpta in L'Istoria della volgar Poesia, Vol. II, p. 89—92, affert.

5) De hac parentela infra dicetur.

arrivo[1]. Est retractatio versionis Riccardianae. Regulae etiam amoris ex hac retractatione excerptae in compluribus codicibus reperiuntur (Rajna, l. c., p. 220—221). Saeculo XVI retractatio operis Latini Italice redditi typis data est, in quo libro Boccaccio poetae opus Andreae tribuitur[2].

Versiones Germanicae etiam duae sunt, quae saec. XV provenerunt. Antiquior an. 1404 facta est ab Eberhardo Cerlne (Eberhard Kellner). Quasdam modo partes operis amplectitur versibus datas, alii poemati insertas; poeta se ipsum facit regulis amoris potiri in curia Sydri regis cuiusdam[3]. Alteram Hartlieb medicus Bavaricus ad finem saec. XV fecit; typis bis data est: Augustae Vindelicorum an. 1482 et Argentorati 1484. Inscripta est: *Das Buch Ouidii von der Liebe.* Interpres nomen auctoris ignoravit. In praefatione his obstupescimus verbis: „wie eyn meister Albertanus genannt diez Buch gesammt und gemacht einem Briten genannt Gwaltherus“. Quo modo hic nomen Albertani irrepsit? Dicas, interpreti in manu

---

[1]) Laur. 42, 38 f. 119 sqq. Edita a Doni: Prose antiche di Dante, Petrarcha *etc.*, Firenze 1547.

[2]) Diez primus hunc libellum animadvertit (l. c.). Appellatur: Dialogo d'amore di M. Giovanni Boccaccio. Interlocutori il signor Alcibiade & Filaterio giouane. Tradotto di Latino in Volgare da M. Angelo Ambrosini. Opera molto diletteuole. In Venezia MDCXI.

[3]) Fragmenta pauca in Von Hagen und Büsching: Litterarischer Grundriss zur Geschichte der Deutschen Poesie von der ältesten Zeit bis in das sechzehnte Jahrhundert. Berlin 1812. S. 437—441.

fuisse exemplar nomine Albertani denotatum. At puto, me affirmare posse, hanc versionem e codice altero Guelferbytano (*G* vid. infra p. XXXVI) tractam esse, qui XV saeculo scriptus est; nisi credere malis, cod. Guelf. apographum esse eius, quo usus est Hartlieb [1].

Nulla versionum quidquam affert, quod usui sit ad tempus Latini operis determinandum.

Operis Andreae duodecim libri scripti nobis exstant, saeculis XIII (?), XIV, XV exarati; huc accedunt, qui libri quandam partem eius continent. Totum opus hi praebent:

A Ambrosianus, bibl. Ambrosianae A N⁰ 136, XV saec.

B Guelferbytanus, bibl. Aug. Guelferbyt. N⁰ 83, 18, XV saec.

C Vaticanus, coll. Ottobonianae N⁰ 1463, XIII (?) saec.

D Parisinus, bibl. nationalis N⁰ 8758, XIV saec.

E Montepessulanus, bibl. facult. med. Montepess. N⁰ 217, XIV saec.

F Gaddianus, bibl. Laurent. cod. Leop. Gadd. N⁰ 178, XV saec.

G Guelferbytanus, bibl. Aug. Guelf. N⁰ 71, 20, XV saec.

---

1) Capitula VII — VIII (De iud. amoris et de regulis amoris) versionis huius edita sunt a Christ. v. Aretin in libro inscripto *Aussprüche der Minnegerichte, München 1803*, p. 61—114; accedit epistola comitissae Campaniae. Proprietates codicis Guelferbytani, in versione reperiuntur.

H Monacensis, bibl. regiae Bavariae, N° 416 miscell 4°, XV saec.

I Parisinus, bibl. nationalis, N° 10363, XV saec.

Cod. Brugensis, bibl. Brugensis N° 479, XV saec.

Cod. Lipsiensis, bibl. Univers. Lips. N° 1593, XV saec.

Cod. Vindobonensis, bibl. Palat. Vindobonensis N° 5363, XIV saec.

Horum codicum, quos litteris notavi, ipse inspexi, B—I cum editione libri Andreae anni 1610 contuli[1], Ambrosianum transscripsi. Tres reliquos evolvere non potui. Vellem equidem eos inspexisse; puto tamen, quod postea ostendere conabor, nullius momenti eos futuros fuisse ad textum operis restituendum.

A Codex Ambrosianus 120 foliis chartaceis constat formae oblongae non maximae. Paginae in columnas non divisae sunt, numerus linearum varius, scriptura cursiva Gothica. Initiales rubro pictae sunt, compendia scripturae pauca. Opus Andreae continetur foliis 1 r°—111 r^{um}; divisum est in duos libros quorum longe maiorem partem prior

---

[1]) Quum mihi non liceret temporis exiguitate prohibente collationem cod. Guelferbytani *B* usque ad finem perducere, doctus vir Germanus, Gronau, registrator bibl. Guelf., rogatu meo partem reliquam contulit. Guelferbytani *G* et Parisini *I* textum non totum cum ed. 1610 comparavi; magnam partem contuli, alia modo inspexi, ubi locum difficilem alii libri praebent. Sed fere nulla memoria digna reperi.

amplectitur, posterior modo tractatum de reprobatione amoris continet; maior tamen quam ceterae littera initialis rubro picta suspicionem facit divisionis maioris eo loco, quo complures codices, opus in tres distribuentes libros, initium libri secundi faciunt; litterarum etiam forma hoc loco mutata est, pagina Gothicis litteris exarata, obliquis relictis. Ad finem libri primi haec leguntur: Explicit liber acquirendi amoris hic. Incipit liber remedij seu derelinquendi amorem. Ad finem totius operis additur: Explicit liber amoris derelinquendi. — Inscriptione opus caret. In altero foliorum, quae textum antecedunt, scripta sunt haec: Andree Cappellani Regij de amore et Fabula Gryseldis que etiam inter Boccacij fabulas reperitur. Versio . . . .[1] sed deest in fine. In altero folio: De amore incerti auctoris (duo verba ultima postea linea transversali deleta sunt) Andree Cappelani Regij Item Fabula Gryseldis que etiam inter Boccacij fabulas reperitur. Codex antiqui characteris. ann.[2].

In infima ora paginae: Felicibus auspiciis Ill^{mi} Card. Frederici Borrhomaei Bibliothecae Ambrosiane fundatoris Olgiatus uidit anno 1603[3].

---

1) Non satis intelligo nec scribere possum duo (?) verba sequentia.

2) Annus non additus est. Commemoratur cod. *A* ab Ebert: Ueberlieferungen zur Geschichte II, 130—131.

3) Antonius Olgiatus saec. XVII praefectus erat bibliothecae Ambrosianae. Haec duo folia ab eodem scripta non sunt, neutrum a scriba libri confectum videtur.

Infra subscriptionem codicis numerus 1415 appositus est; hoc tamen deleto infra scripsit aliquis vel idem 1514. Sequitur deinde, alia atque codex scripta manu, querimonia alicuius dolentis, se coactum esse domum suam aliquot milites recipere in urbem Melegnano Italiae septentrionalis. Numerus ille annum significat, quo haec scripta sunt, videtur prior annus 1415 errore adscriptum pro 1514, deinde deletum[1]. Anno igitur 1514 hic codex in Italia erat. Antiquiorem autem codicem esse, et ex eius habitu elucet, et in folio, quod est ad finem libri, inter multa alia ibi scripta, quae ad Andreae opus non pertinent, haec verba leguntur: MCCCC° LXXVIII die quarto IIII mensis sept. Hunc codicem in Italia esse scriptum multa verba Italicis similia probant velut „melanconia“, „augumentare“, „demostrare“, „Gualtieri“ (Deam., p. 322 n. 23) aliaque.

B Codex Guelferbytanus, saeculo XVII bibliothecae Aug. Guelf. adscitus, foliis constat 151 chartaceis fol. max. Continent fol. 1—92: De casu Troiae et Bello troiano Guidonis de columna et Mathei de porta, cuius operis ad calcem haec leguntur: Factum est autem presens opus Anno dominice incarnationis MCCLXXXVII eiusdem prime indictionis feliciter. Additum est: Scriptum per me theodricum amelonck de almania fideliter et finitum XI die mensis Junij Anno M.CCCC et XLII. Deo gratias. In fol. 93r° suprascriptum

---

[1]) De cod. Ambros. scripsit P. Rajna, l. c. p. 223.

est: De arte amandi. De reprobatione amoris et eius remedio. Ad initium et ad finem libri *de reprob. amoris* additae sunt lineae aliquot, quaedam de mulieribus continentes: *Transsumptiones mulieris et partium eius* et: *Transsumptiones mulieris et amoris eius et membrorum ipsius.* Haec nequaquam ad librum Andreae pertinent. Post haec ad finem libri: Et sic finitur tractatus de reprobatione amoris et de eius remedio 1442 . 9 . Julij deo gratias. — Totus codex eadem scriptus est manu. Scriptura Gothica luculenta, initialibus gyrisque rubro viridique pictis ornata. Etiam hic opus Andreae in duos libros divisum est.

C Codex Vaticanus constat membran. foliis 105 formae 4 min. Continet: De rebus Alexandri magni; De amore (inde a fol. 31 r^{0} ad fol. 79 r^{um}); De gestis Frederici Imperatoris. Usque ad fol. 79 r^{um} lineis integris scriptus est, deinde binis columnis dispositus. Scriptura, quamquam compendiis difficilibus caret, non admodum facilis ad legendum, eiusdem videtur manus per totum librum. Compluribus locis atramentum fere totum situ evanuit, ut litterarum modo ductus cernantur. Fol. 31 r^{0} in summa ora paginae scriptum est: Incipit liber amoris et curtesie ab andrea capelano regis francie compositus; in fol. 63 r^{0} legitur: Explicit lib. I. incipit II. Qualiter amor retineatur; ad calcem operis haec modo verba: Deo gratias amen. — Capita librorum non nisi maiusculis rubris glaucisque distinguuntur. Temporis nulla indicatio.

Caret cod. tribus iudiciorum amoris (XI, XVIII, XIX). Hic codex in Italia scriptus est, quod ex verbis „melanconia", „demostrare" aliisque elucet[1].

D Codex Parisinus[2], membr. formae 4 minoris, 119 constat foliis, scriptura binis columnis disposita. Initiales, maiores ad initium singulorum librorum, minores in capitum initio, rubro glaucoque satis concinne pictae sunt. Foliis duobus primis index capitum inscriptus est, post quem haec leguntur: Incipit liber de arte *honeste* amandi et de reprobatione *inhonesti* amoris editus et compillatus a magistro andrea francorum aule regie capellano. Verba q. s. „*honeste*" et „*inhonesti*" supra lineam ab alia manu addita sunt et litteris inclinatis scripta, quum codex litteris Gothicis exaratus sit. Fol. 3 r° praefatio incipit. Ultimum folium vacuum est, item fol. 31, fol. 33 v^{um}, dimidia pars folii 34 r^{i}, fol. 34 v^{i} col. altera tribus lineis exceptis, fol. 35 r^{um}. Tituli capitum rubro picti. Opus in duos distributum est libros, alter duodeviginti, alter novem capita habet; sed divisio eadem non est, quam praebent cdd. *AB*. Alter liber cod. *D* initium capit a capitulo, in quo de amore retinendo disputatur. Ultimum eius capitulum est liber *De reprob. amoris* inscriptus. Scriptura Gothica satis elegans. Ad finem operis adscripta sunt haec: De arte amatoria. Et amoris reprobatione perfectum nunc

---

1) De cod. Vatic. scripsit P. Rajna, l. c. p. 223.

2) Hunc codicem Raynouard reperit in bibl. nationali; Diez et G. Paris eo usi sunt.

explicit opus. Editum a magistro andrea regine capellano. Ad gualterium amicum suum. cupientem in amoris exercitu militare. Qui etiam liber alio nomine dicitur flos amoris. — Temporis transscriptionis nulla indicatio. Hic liber et Vaticanus mihi antiquissimi videntur codicum operis Andreae capellani ita tamen, ut Vaticanus antiquior iudicetur.

E Codex Montepessulanus, chart. form. 4 vel formae oblongae min., binis scriptus est columnis 52 linearum; continet 42 folia, quorum textus 38 unamque columnam occupat. In folio primo codicis anno 1721 titulus pictus est: Galteri seu potius Anonymi Liber de conciliando Amore. Codex ms. Bibliothecae Buherianae D 69 MDCCXXI. — Sequuntur duo folia vacua, inter quae folium abscissum est. Etiam post fol. 39 quatuor folia abscissa sunt. Quae in fol. 39 libro terminato tres restant columnae, nunc vacuae sunt, olim in iis quaedam scripta erant, manu, ut mihi quidem visa est, eadem, qua praecedentia, scriptura autem omnis spongia, ut videtur, exstincta est; ita rara incertaque vestigia intelligi non possunt. Scriptura Gothica, litterae initiales non pictae. Ad initium adscriptum est: Incipit liber Galteri, ad finem: Explicit liber Galteri. — Temporis nulla indicatio. In libros divisus non est. Capita plerumque inscriptione, semper numero carent. Nomen auctoris non commemoratur. Caret cod. iisdem iudiciis quibus *C*.

F Codex Gaddianus 69 fol. formae 4 min. constat; binis col. scriptus 33 linearum. Ornatus est litteris pictis ad initium librorum, quarum prima imaginem clerici librum manu tenentis repraesentat, cui libro litteris parvulis vocabula prima praefationis Andreae libri inscripta sunt. Prima littera singulorum capitum alternatim rubro et caeruleo colore picta est. Opus distributum est in tres libros. Fol. 49v⁰ (Lib. II, c. V. p. 250) haec leguntur: Explicit liber primus, incipit secundus de remedio amoris; fol. 60v⁰ (p. 313): Explicit liber II de remedio amoris. Incipit tertius de contemptu amoris. Ad finem: Explicit liber a sapientissimo andrea regis francie capellano compositus ad precum instantiam Gualterii nomine regis memorati nepotis. deo gratias. Codex nullam inscriptionem habet, tituli capitum rari sunt; nulla indicatio dati. Caret iisdem iudiciis quibus *C* et *E*.

G Codex Guelferbytanus, formae obl. max., fol. chart. 304 complectitur. Continet librum Fr. Petrarchae: De remedio utriusque fortunae, et a fol. 240—304 librum Andreae, qui hanc inscriptionem habet rubro pictam: Pogius de amore et arte amandi, et de Remediis amoris. Quae falsificatoris opus esse videtur[1], neque enim eadem manu scripta est qua cetera. Cod. in libros non distributus est. Scriptura festinationem scribae prodit. Magna pars codicis madore corrupta et

---

[1]) Ebert: Zur Handschriftenkunde, Leipzig 1825, Bd. I, p. 150.

quidem fol. 240—271, ut difficillimae sit lectionis. Ad calcem: Deo gratias etc. Alia manus infra scripsit: Pogius de arte amandi et ipsius amoris reprobatione. — Annus transscriptionis non indicatus est.

H Codex Monacensis, form. 4 min., foliis chart. 245 constat, quae tria antecedunt vacua, duo sequuntur. Litteris scriptus est minutis crassisque lineisque integris, saepe abbreviationibus difficilibus laborat. Praeter librum Andreae fol. 1 rum — 81 vum complectentem multa continet alia. Ad initium libri legitur: Incipit prima pars tractatus de amore; ad finem: Explicit liber Amoris finitus In Berlin In die sancti Kyliani martyris Anno domini 1451. — In indice codicis *Tractatus de amore* inscribitur. Animadvertendum est, in hoc codice opus Andreae in quatuor distributum esse libros. Caret cod. iisdem iudiciis quibus *CEF*.

I Codex Parisinus, fol., chart. fol. 93 constat, quorum duo ultima vacua, magnis initialibus non coloriatis ornatus est. Lineae integrae. Distributum est opus in duos libros. In fol. 60 r⁰: Incipit liber secundus qualiter amor retineatur. — Tituli capitum rari, rubro picti. Nulla inscriptio. Ad calcem: Explicit liber amoris compositus ab andrea capellano ad Instanciam Galterii discipuli sui. Intitulatus de gloria iuuentutis et fuit expletus dei adiuuante auxilio die vicesima septima mensis octobris anno Incarnationis domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo. — Sub his verbis

legitur: Finis, et paulo infra: Sic stultus est qui mulier querit. Caret hic liber iisdem iudiciis quibus *CEFH.* Anno 1807 Millin hunc librum scriptum Aquis Sextiis apud librarium quendam vidit[1].

Codex Brugensis, chart. formae obl. min., constat 72 foliis, pagina in binas col. divisa 47 linearum. Continet tres tractatus, quorum primus est: Liber Aristotelis de secretis secretorum seu de regimine principum; secundus: Petri Alphonsii de disciplina clericorum; tertius: Galteri de amore. Hic 38 folia habet. Ornatus est initialibus rubris caeruleisque, tituli capitum rubro picti, numeris non additis. In libros divisus non est. Fol. 34 r⁰ supra textum: Incipit liber Galteri, fol. 71 v⁰: Explicit liber Galteri. Prorsus similis codici *E* iisdem iudiciis caret[2].

Codicem Lipsiensem non vidi. Haec de eo Ad. Ebert vir praeclarus in catalogo bibl. scribit: Textus Andreae, qualis est in hoc codice, ubique fere consentit cum editione Tremoniensi anni 1610. Caret partitione in libros et

---

[1]) Millin: Voyage dans les Départements du Midi de la France, Paris 1807, t. II, p. 259 n. 1. Librum mscr., quem se vidisse dicit, hoc modo describit: „Liber amoris compositus ab Andrea Capellano circa 1180, in-fol., manuscrit sur papier de l'an 1462.

[2]) Cod. Br. ipse non vidi. Partes quasdam eius transscripta mihi in manibus sunt. Errores codicis *E* hic reperiuntur, abbreviationes sensu carentes eaedem et eodem modo scriptae; raro parva quaedam discrepant. Aut cod. Br. transscriptio est codicis *E*, aut, quod potius putaverim, librarius utriusque fideliter idem archetypum transscripsit.

temporis notatione in sententia lata per comitissam Campaniae. Nullum itaque usum praestat hic codex in restituenda genuina forma suavissimi operis. Est saeculi 15. medii". Quum praeter hunc librum unus modo, Guelferbytanus *G*, notationem temporis epistolae comitissae omittat neque tamen textum eundem praebeat quem editio 1610, cod. Lipsiensis is est, quo usus est editor[1].

Codex Vindobonensis, quem non vidi, breviter commemoratus est a F. Wolf[2]. Liber chart. 115 foliorum. Fol. 1 r° — 60 vum: Andreas capellanus Liber amoris; fol. 61 r°—115 vu: Joannes de Mandevilla: Iter Hierosolymitanum. Opus Andreae divisum est in tres libros. Nulla inscriptio, nulla indicatio temporis nec nominis auctoris neque dati transscriptionis. Ad initium libri haec leguntur: Incipit liber amoris et cortesie prohemium; ad finem capituli *De amore meretricum*[3]: Explicit primus liber ad Galterium Incipit secundus. Qualiter amor retineatur; post regulas amoris: Et sic

1) Dicit quidem Mulherus editor in inscriptione, plures sibi codices notos fuisse. Etiam amicus quidam litteris Mulhero missis, eum hortatur, ut „exemplar cum exemplari conferat". Et fieri potest, ut cod. *G* ei notus fuerit; neque vero eo usus esse videtur in dubiis.

2) Denkschriften der kaiserl. Akad. der Wissensch. Philol.-hist. Classe. Wien 1864 (XIII), p. 186. Describitur cod. breviter in Tabulis codd. mss. in Bibl. Palat. Vindob. asservatorum ed. Acad. Caesarea Vindob. 1864 — 1875. t. IV, 109. — Mussafia (Sitzungsber. l. c.) quaedam excerpsit ex hoc codice.

3) p. 237.

est finis. Deo laus et gloria trinis. Sequitur liber de reprobatione amoris ad Gualterium. Ad finem tertii libri: Explicit libellus de reprobatione amoris.

His addi potest, partem illam operis, quae *De regulis amoris* inscribitur, aut totam aut regulas solas, in quibusdam codicibus reperiri: In bibliotheca Laurenziana regulae solae in codice asservantur XV saeculi[1]. Aliud exemplum in biblioth. Magliabechiana Pio Rajna vidit[2]. Bibliothecae regiae Bruxellensis cod. numeris 1890—1892 distinctus totum capitulum de regulis amoris continet. Hae transscriptiones excerptae sunt ex opere Andreae, quod elucet e verbis eas antecedentibus. Haec enim ex opere Andreae sumpta sunt vel eo nos reducunt: In cod. Laur. suprascriptum est: Regule de amore iuxta Gualterium; in c. Magliabech.: Vid[e]amus ergo regulas qu[e i]n carta reperiuntur ascripte sunt autem Regule tales; in cod. Bruxellensi: Qualiter amoris regule fuerint invente. Nunc autem ad amoris regulas redeamus. Regulas autem amoris Gualteri *etc.*

Textus Latinus trium librorum Andreae de amore bis typis datus est. Editio antiquior saeculo XV prodisse videtur[3]. Neque loci neque anni ullam habet indicationem. Exempla eius

---

1) Bandini: Bibl. Leop. Laur. T. IV cod. III, 603 v°.

2) l. c. p. 221; cod. II, I, 395.

3) Primus hanc editionem Menckenius commemoravit: Miscellanea Lipsiensia nova, Lipsiae 1751, t. VIII part. I, 454 sqq.

rarissima[1]. Inscripta est: *Tractatus amoris et de amoris remedio Andree capellani pape Innocentii quarti ad Gualterium Incipit feliciter et habet quatuor partes.* Haec editio e codice Monacensi *(H)* pendet, qui solus quatuor habet libros iisdem locis incipientes quibus in hac editione. Quatuor iudiciis amoris caret quibus etiam codex. Praeterea tituli capitulorum iidem sunt utrique libro, sed inscriptio alia est atque codicis. Sumpta est e *Compendio moralium not.* Ieremiae de Montagnone[2]. Neque tamen dubitari potest, quin cod. *H* huius libri sit parens, nam praeter cetera fere ubique congruentia hanc praebet similitudinem: Quum a librario codicis in iudicio secundo[3] spatium versuum circiter trium vacuum sit relictum, hoc idem fecit editor libri.

Altera editio Dethmaro Mulhero cuidam debetur. Inscribitur: *Erotica seu Amatoria Andreae Capellani Regii vetustissimi scriptoris ad venerandum suum amicum Gwaltherum scripta numquam antehac edita sed saepius a multis desiderata. Nunc tandem fide diversorum MSS codicum in publicum emissa a Dethmaro Mulhero. Dorpmundae. Typis Westhovianis. Anno Vna Caste*

---

1) Parisiis in bibl. nat. et Vindobonae in bibl. Palat. Vindob.; fragmenta aliquot in coll. Valicelliana Monaci invenit (P. Rajna, l. c. p. 226).

2) Vid. supra p. V et IX et Rajna l. c.

3) Vid. p. 274 n. 11. Quasdam partes huius libri, quum externis bibliothecis mutuum eum dare non liceat bibl. nation. Parisinae, vir praestantissimus L. Delisle, praefectus bibliothecae, maxima benignitate ipse mihi transscripsit.

& Vere a Manda[1]. Supra dictum est, hanc editionem indicatione anni carere, quae in omnibus codicibus, Lipsiensi et Guelferbytano *G* exceptis, ad finem epistolae comitissae Campaniae additur; etiam explicavi, qua de causa cod. Lips. fons est habendus huius editionis[2]. Rara etiam haec editio. Utraque erroribus multis laborat, partim qui codicibus debentur, partim qui negligentiae eorum, qui eas typis dandas curaverunt.

Haec est ratio codicum, ut duo unius esse stirpis a ceteris separatae facile intelligantur, ceteri autem omnes, quamquam inter se ita discrepantes, ut in duas familias segregentur, ex alio archetypo duci videantur. Qui duo ab reliquis recedunt, *A* et *B* sunt, uterque XV saec. scriptus. Iam supra breviter commemoravi, in duobus codicibus annum 1174 in an. 1210 mutatum esse[3]. In codicibus *AB* haec legitur notatio temporis epistolae comitissae: Ab anno domini M.CCX. mensis septembris Indictione duodecima[4]. Ceteri, cod. Lips. et cod. *G* exceptis[5], talem fere notationem praebent: Ab anno MCLXXIV Kal. mai. Indictione VII[6]; in his omnibus XII (XIII) praecepta

---

1) id est 1610; exemplaria aliqua Tremoniae 1614 edita sunt.

2) vid. supra p. XXX, In sequentibus, codicem Lips. similem editioni 1610 esse, pono.

3) p. II n. 2.

4) p. 155. — Hanc discrepantiam primus P. Rajna animadvertit cod. *A* inspiciens; l. c. p. 246.

5) vid. p. II n. 2 et p. XXX.

6) p. 155.

amoris alium ordinem servant atque in *AB*. Codd. *CDEFGHI*, cod. Brug., cod. Lips., cod. Vindob. saepissime inter se consentientes multis locis ab *AB* discrepant. Illi autem decem codices ipsi in duas series divisi sunt. Nam in capitulo VII libri secundi, quod *De iudiciis amoris* inscribitur, sex codd., *CEFHI* et cod. Brugensis, eundem non praestant numerum iudiciorum quem reliqui. Tria desunt iudicia: XI, XVIII, XIX. Communem igitur parentem sex codd. habuerunt, neque tamen ex eodem libro omnes fluxerunt, nam haud raro prorsus dissimiles sunt. Quod ad codicem Lips. et cod. *G* attinet, tanta similitudine cum ceteris codicibus octo coniunguntur, ut ab iis dirimi non possint. Existimandum est, negligentia notationem anni excidisse in codice quodam cum reliquis consentiente[1]. Ceterum hi duo codices parentela arta iuncta non sunt, nam. cod. Lips. cum codicibus *EH* et cod. Brugensi convenit, codice *G* saepe propius ad codicem *D* accedente.

Cdd. *A* et *B* unius atque eiusdem originis sunt, *B* saepe tam propinquus codici *A*, ut dicas, eum ex *A* exscriptum. Quod tamen ita non esse, multis probatur locis, ubi pro mendosis verbis codicis *A* bona *B* praebet, quae coniectura obtineri

---

[1]) Videtur hoc iam factum esse XIII saec. Nam in versione a Drouart La Vache facta anni indicatio etiam omissa est. Fieri quidem potest, ut ipse D. eam omiserit; alia autem in re satis mira rursus cum cod. G. convenit (v. p. XXXVII).

non potuerunt[1]. Ceterum pessimo genere correctionum laborat, licenter lacunis expletis multisque verbis mutatis, quae sensu omnino non carebant.

Quod idem dico de cod. *C*, antiquissimo certe codicum adhuc exstantium, magis tamen de priore parte dimidia. Ceterum cod. non sine cura scriptus est[2].

Cod. *D* sine dubio maxima diligentia scriptus, evidenter tamen multis locis formam recentiorem orationis quam cod. *A* exhibet. Interdum correctione usus est librarius, moderate tamen. Et in margine huius codicis et codicis *C* saepius eadem manus, quae textum scripsit, variam lectionem addidit, cui semper adverbium „*aliter*“ (*al'.*) adscriptum est.

Cod. *E* (et cod. Brug.) deterior est codice *D*, neque tamen nimia negligentia scriptus. Ad hunc proxime accedunt cod. *H* et lectio editionis an. 1610 (cod. Lipsiensis), ita tamen, ut librarius co-

---

[1]) Hoc satis etiam probatur dissimilitudine inscriptionum capitulorum utriusque codicis. Deinde multis locis *B* praebet, quae *A* omisit (v. passim var. scriptura) Aliquantum temporis inter has duas transscriptiones intercessisse videtur, eoque tempore aliquem correctiones nonnullas in archetypum earum introduxisse aliis codicibus inspectis.

[2]) Animadvertendum est, cod. *C* cum codd. *FEH* inde ab p. 271 (Cap. VII: De iud. amoris) saepius consentire. Fortasse antiquioribus temporibus exempla aliqua codicum mutila fuerunt, postea pars ulterior addita est ex eodem exemplo transscripta, vel codd. *CF* fuerunt, qui, primo manci, postea suppleti sunt parte e libro transscripta simili codicibus *EH*.

dicis *H* codiccm *B* vel eius archetypum vel alium codicem eiusdem generis cognovisse videatur.

Cod. *G* multas correctiones pravas praebet; cod. *I*, qui, quanquam ei sectae adscribendus est, cui tria iudicia desunt, saepe tamen codici *D* appropinquat, multis gravissimisque erroribus foedatur nec ullius fere pretii est.

Etiam librarius cod. *F* magna socordia singula verba seriesque verborum praetermisit, saepe etiam recte non legit vel conatus est emendare, quae ei obscura videbantur. Textus potius cum textu codd. *C* et *D* consentit multo autem deterior, interdum etiam ad alios *(EH)* deflectit imprimis in ulteriore parte (v. p. XXXV n. 2).

Iam dixi, codicem *H* textum editionis principis, et editionis an. 1610 codicem Lipsiensem praebuisse, versionem Germanicam anni 1482 e codice *G* pendere, quod ex inscriptionibus iudiciorum amoris facile intelligitur[1]. *G* etiam unus initio capituli, quod inscribitur: *De regulis amoris*, narrationem extendit additamentis quibusdam, quae in versione etiam reperiuntur[2]. Versio Riccardiana, ut dixi, e codice Vaticano simillimo fluxit. Mira autem hic res notanda est; nam haec versio omnia iudicia amoris exhibet, codice *C* tribus carente. Versio fere omnia illa habet, quae cod. *C* ab ceteris omnibus codicibus seiungit. Fortasse interpres tria illa iudicia

---

[1]) p. XX.

[2]) De am., p. 295 n. 7.

ex alio codice traxit, vel potius, codice in fine mutilo, alio exemplo usus est (vid. p. XXXV n. 2). Versio Barberiniana utrum e codice Latino nobis noto derivata sit necne, dicere non audeo, quum nulla indicia certa mihi occurrerint. Annum 1174 exhibet et plenum numerum iudiciorum.

Etiam versio Francica, a Drouart La Vache facta, maiorem partem codicum sequitur, caret anni notatione in epistola comitissae. E codice Latino, ex quo fluxit, sumpta sunt, quae leguntur in infima ora fol. 24 v[i] : *Hic est epistola missa comitisse campanie;* quae verba non reperi in codicibus a me inspectis. In hac versione pro nomine Alinoriae reginae legitur „*la Royne dalemaigne*". Iam exeunte igitur saeculo XIII haec lectio vitiosa in codices irrepserat, quam ubique cod. *G* praebet *(regina Alamanie)*, uno loco cod. *E*. Ermengarde („*Mengarda*") in ea „*Marguerite*" vocatur, et uno loco comitissae Campaniae substituitur „*la comtesse de bouloigne*". Caret vicesima secunda regularum amoris, qua etiam carent cod. *G* et editio 1610.

His de codicibus notatis rursus quaerimus, num ne hi quidem ullum indicium praestent, quo nobis liceat aetatem libri Andreae finibus certioribus circumscribere. Et hic nobis occurrit res digna, quam consideremus, commutationem illam dico, qua annus, quo scripta dicitur epistola comitissae, in an. 1210 conversus est. Dixi, Rainam eam primum in cod. *A* animadver-

tisse[1]; postea eam in codice *B* inveni. Rajna de hac re copiose dissertans magna sagacitate probare conatus est, librum Andreae ante annum 1210 scriptum esse, fortasse ultimis annis saeculi XII. Dubitari non potest, quin codices annum 1174 exhibentes genuinam praebeant lecturam, quum Maria comitissa Campaniae hoc anno vixerit, duodecim autem annis ante illum mortem obierit. Iam Raina docet[2], hanc discrepantiam errore non provenisse, non modo enim annum mutatum esse sed etiam mensem et, quod maximum quidem est, indictionem, et ita eam commutatam esse, ut ad septembrem mensem anni 1210 conveniat[3]. Hinc igitur v. d. concludit, librarium, qui primus annum 1210 in librum manuscriptum introduxerit, eo ipso tempore anni 1210 transscriptionem exaravisse; aliter enim explicari non posse neque, cur eum potissimum annum elegerit, neque, quo modo in mentem ei venerit numerum indictionis computare. Neque negaverim, me viro doct. potissimum assentiri; etsi non prorsus certa magna veri similitudine haec coniectura nititur. Quin etiam, quod dicit Rajna, necesse esse, librum aliquot annis ante an. 1210 scriptum esse, si apographum intercedere intelligatur inter archetypum ipsum et transscriptionem anni 1210[4], videor mihi pro certo affirmare

---

1) p. XXXIII n. 4.

2) l. c. p. 247.

3) De dubitatione quadam exigua v. Rajna l. c.

4) l. c. p. 248 n. 3.

posse, hanc transscriptionem ex apographo descriptam esse. Errores enim quidam communes sunt codicibus *AB* cum *EH* alterius stirpis; ergo, antequam illa commutatio introducta est in parentem codicis *A*, iam librarius quidam manuscriptum auctoris vel aliud exemplar describens aliqua neglexisse vel minus intellexisse videtur. Neque enim auctori ipsi haec attribuere licet[1]. Existimandum igitur est, librum exeunte saeculo XII factum esse et, si „regem Ungariae“ Belam III habemus, ante an. 1196, quo anno mortuus est. Neque tamen, quamquam veri similia haec sunt, omnem dubitationem tollunt. Sed, quum nihil certi iis obiici possit, et hic conatus aliqua tandem re nitatur, quod de aliis conatibus aetatis Andreae constituendae dicere non licet, puto his standum esse.

Hunc librum Gualterium appellatum esse, iam ex Albertani verbis patet dicentis[2]: „Alter vero amor est pravus, qui cupiditas potest nuncupari: de quo Gualterius tractavit, illumque diffinivit di-

---

[1]) Talia sunt: p. 157: habendo *ABEH*; p. 207: partem-se *om. ABH*; p. 215, 13 ubi eadem verba exciderunt in *EH* (et in editione 1610) quae in *AB*, et ibd. 23, ubi omnes textum corruptum praebent; 275, 19: *sit* pro *scit* in *ABEH*; 272, 17: *illicitum ACEFHb* (*om. B*); 348, 7: locum eundem *om. ABCEFH* (Hunc locum uncis inclusi, quod fieri non debuit. Omissio orta est ex similitudine verborum q. s. *venire* et *invenire*). Alii sunt fortasse loci minus tamen certi.

[2]) Selmi, l. c. p. 203.

cens: Amor est passio quedam innata procedens ex visione et immoderata cogitatione forme alterius sexus, ob quam quidem aliquis super omnia cupit alterius potiri amplexibus et omnia de utriusque voluntate in ipsius amoris precepta complecti" [1]. Credas, Albertanum putasse, nomen auctoris Gualterium esse. Postea eandem denominationem apud Nicolaum Margivallensem invenimus [2], et versio Barberiniana expressis verbis dicit, librum Andreae Gualterio Italice nominari [3], quo nomine etiam usus est, qui capitulum VIII libri II Italice retractavit ex versione Riccard. desumptum [4]. Hoc nomine librum saepe etiam a poetis Italianis saeculi XIV appellatum esse, P. Rajna probat [5]. Cod. *E* et cod. Brugensis nomen Galteri prae se ferunt [6] itemque fragmentum supra memoratum regulas continens amoris [7]. E contrario Ieremias nomen auctoris praebet: „Andreas ad Gualterium de amore" [8], et codices *ACDFI* idem nomen exhibent [9]. Ieremias et cod. *C* fere aequales versionis Francicae sunt. Eodem igitur tempore et Gualterius (Galterus, Gual-

---

1) „complecti" apud Selmi. Nescio, etiamne codd. Latini scriptorum Albertani eundem errorem praebeant an non.

2) l. c. v. 1714: ou livre quon apele en françois Gautier.

3) v. p. XVIII.

4) v. p. XVIII.

5) l. c. p. 213, 215—216.

6) v. p. XXVI et XXIX.

7) v. p. XXXI.

8) v, p. XV.

9) v. supra.

terio, Gautier) denominabatur, et nomen auctoris ignotum non erat. Credo ergo, huic denominationi non nimis insistendum esse; cognomen videtur esse libro inditum, hoc officio ab auctore neglecto, quod e codicibus facile intelligitur alio aliud nomen operi dantibus. Albertanus igitur libri cognomen nomini auctoris substituit.

Auctor operis Andreas quidam capellanus regis Francorum fuit. In tanto librorum scriptorum consensu de hac re non est dubitandum. Si quis postea libro aliqua adiunxit, neque formam neque argumentum neque rationem operis haec mutaverunt. Nam, si alius quidam de iisdem scribens quaedam ab Andrea conscripta suo inseruisset operi, certe tanta modestia non fuisset, ut non modo nomen suum dissimularet, verum etiam pateretur, suum opus alii attribui. Si opus ab Andrea factum dicitur, certe ei maior pars vel totum opus debetur. Praeterea, si velut nucleus putamine ita opus Andreae compilatoris lucubrationibus inclusum esset, aliquo certe modo opus eius ab alterius differret; sed talem discrepantiam frustra investigavi. Et, si dixeris, compilatorem scriptum Andreae per suum disseminasse opus, ideoque non iam discerni posse, quae uterque ad summam operis contulerit, quo modo fieri potuerit, quaero, ut opus ita diremptum et alterius operi ita assimilatum tamen non modo nomen auctoris sui retinuerit, sed etiam alterius nomen plane obscuraverit? Si tantum codices discreparent, sed omnes eadem

capitula prorsus eadem continentia, eundem ordinem servantia praebent[1]. Ceterum hae deliberationes supervacaneae sunt, si existimamus, archetypum codicum *AB* anno 1210 descriptum esse; eo enim tempore iam textus maximam partem idem erat, quem hodie habemus, quoniam idem est ambabus familiis codicum. Quaedam mihi videntur a librariis vel lectoribus addita sed iam inde a primis temporibus; quaedam maxima nos admiratione afficiunt, illos locos dico, ubi in ipso libro ad aliquam partem vel aliquod dictum eius remittimur quasi ad alium librum, quin etiam deus amoris personam ab auctore confictam ad capitulum, quod inscribitur: *De regulis amoris*, remittit dicens, has regulas „*in libro ad Gualterium scripto*“ reperiri posse[2]; in iudicio altero comitissae Flandrensis[3], ante an. 1182 pronunciato[4], „*capellani doctrina*“ nominatar, et in colloquio septimo legimus, „*amatoris Andreae aulae regiae capellani doctrinam demonstrare, caecos et amentes ab amoris curia penitus esse remotos*“[5]. Et alia sunt digna, quae suspecta habeamus. Duobus enim locis de amore clericorum disputatur: primum in colloquio octavo[6]

---

1) In *A* capita VII—XII lib. I i alium ordinem servant atque in ceteris codd. Librarius autem ipse errorem commissum intellexit eaque signis munivit rectum ordinem indicantibus.

2) p. 106.

3) p. 283 (iud. XII).

4) vid. p. III n. 2.

5) p. 148 (colloquium *F*).

6) p. 185—193 (coll. *G*).

et deinde in capitulo sequenti[1]. Et hic, quasi nihil unquam de ea re disputasset, auctor ait, sibi in mentem venire, in initio se operis dixisse, nobilissimum hominum genus clericorum esse, qua re se admoveri, ut pauca de iis dicat. Mirum quidem; puto tamen, duos locos, in quibus libri auctor nominatur (p. 148 et p. 283), ei ipsi tribuendos esse, nam omnes codices eos praebent, nec facile removeri possunt. Forsitan hoc modo, insulso quidem, nomen suum evidentius reddere voluerit[2], neque minus mira fiunt, si compilatori vel librario ea tribuere velis. Existimandum est, „doctrinam capellani" non esse totum opus et hac denominatione partem operis designari, quae est velut fundamentum totius, partem dico primam colloquia antecedentem (p. 3—19). Verba dei amoris de libro ad Gualterium scripto, qui locus quidem absurdissimus est, mihi nota marginalis inepta videntur et sine ullo incommodo removeri possunt. Haec quidem etiam omnes codices praebent. Audeo tamen dicere, ea reiicienda esse[3]. De duobus locis, in quibus de clericis dicitur,

---

[1]) p. 219 (Lib. I, cap. VII).

[2]) De alio loco, ubi nomen suum aperuit, vid. supra p. XII n. 3.

[3]) Iam dixi, versionem Francicam ea fabula, qua de poenis feminarum non amantium narratur, carere et his igitur etiam verbis. Neque tamen inde coniiciendum est, hanc fabulam XIV saeculo demum operi Andreae insertam esse, hoc uno teste nihil probante, praesertim quum interpres magna libertate opere Andreae usus sit.

nescio, quid sentiam; nam quae in priore disputantur de amore puro et de amore mixto, eorum alio loco mentio fit quasi iam commemoratorum[1]. Et altera disputatio reiicienda certe non est. Fortasse opus ab auctore non limatum est, pro certo autem habeo, unius esse hominis[2].

Multis erroribus soloecismisque lingua Latina operis Andreae laborat, qui maximam partem ipsi auctori tribuendi sunt. Hoc elucet ex codicum consensu, et deinde hi errores tales sunt, quales frequenter in libris Latinis medii aevi invenimus. Comparatio textus Andreae cum uberrima illa et diligentissime conscripta collectione soloecismorum Gregorii Turonensis, qua nos ditavit M. Bonnet, v. d., omnes dubitationes fugat: Fere omnia, quibus lingua Andreae a regulis grammaticis Latinis consvetis abhorret, iam in Gregorio reperimus[3].

---

1) p. 269—270 (Lib. II, c. VI in fine).

2) Existimandum est, auctorem fabulam de mulierum poenis non confinxisse, suo vero usui adaptasse (De similitudine carminis *Le Lai del Trot* inscripti et huius fabulae vid. p. XIV n. 4); neque iudicia amoris ipse invenit, Latine autem reddidit. Regulas amoris quasi notas ab antiquo tempore laudat (p. 8. 9. 114. 154. 204. 205. 214. 216. 218. 222. 229. 234. 255; p. 205 et 255 praeceptum VI et regula III traditio appellantur amoris. Praecepta amoris (p. 106) etiam regulae appellantur (p. 267: pr. X). Quin etiam regulae citantur, quae neque inter praecepta neque inter regulas reperiuntur (p. 263), ne de illa regula dicam, quam ipse auctor falsam esse declarat (p. 139 et 140).

3) Le Latin de Grégoire de Tours p. Max Bonnet. Paris 1890.

De pronominibus: Pronomine q. e. *ipse* saepissime Andreas utitur pro aliis pron. demonstr. (is, ille); vid. Bonnet, l. c. p. 301.

Pronomina: *quisque, quisquis, quicunque, quisquam* commutantur inter se; ib. p. 303; *aliquis* et *quisquam (ullus)* (De am., p. 20 ex. gr.); ib. p. 304; *alius* et *alter*; ib. p. 278.

Pron. refl. *se, sibi* cum pron. demonstr. *eum (eam), ei, eo (ea)* et *suus* cum genetivo *eius* ubique confunduntur. Pron. refl. praefertur; ib. p. 694—697.

De numeralibus: Interdum distributivis pro cardinalibus utitur (p. 99, 300, 308); ib. p. 449 - 450.

De adverbiis: Adv. *penitus* pro adv. *valde, omnino* etc. saepissime neque solum in propositione negativa Andr. utitur (De am., p. 7 multisque locis); ib. p. 307; *valde* et *tam* cum superlativis coniunguntur (De am., p. 86, 89, 105 etc.) ib. p. 308. — Adverbia cum praeposit. coniunguntur: *a longe* (De am. p. 88, 92); ib. p. 483; *e contra* (De am., passim); ib. p. 484.

De casibus: Ablativus constanter pro accusativo adhibetur in notatione temporis; ib. p. 555.

De coniunctionibus et de modis verborum:

Dum saepe cum coniunctivo construitur (De am., 59, 97, 99, 151, 288 etc.), interdum pro *quum* ponitur (De am., 90, 247); ib. p. 319 et 685.

Quum, ubi de causa efficiente dicitur, maxime cum coniunctivo coniungitur, tamen etiam cum indic.; in una sententia ambos modos invenimus (cum ind.: De am., 17, 24, 60, 64, 73 etc.; cum ind. et coniunct. p. 49, 113); ib. p. 681 et 688.

Quum = *quando* fere ubique cum indicativo (cum coniunct. p. 124, 228); *ubi* = *quum* = *quando* modo cum ind., modo cum coniunct.

Quamvis, *licet*, interdum cum ind. (*quamvis* p. 76, 260, 261, 263, 270; licet p. 186, cum acc. c. inf. p. 198); ib. p. 683.

Quod pro acc. c. inf.; cum coniunctivo, si subiectus sententiae primariae aliorum affert opinionem, interdum etiam si suam (De am. passim); ib. p. 660 sqq. Videtur Andreas tamen coniunctivo favere, si sententia primaria sequitur (De am., p. 4, 5, 52, 118, 132 etc.).

Talis (adeo, tot etc.), *quod* modo cum ind. modo cum coniunctivo.

Quia pro *quod* et pro acc. c. inf. (De am., p. 9, 10, 47, 48, 59, 262); ib. p. 661.

In interrogatione indirecta modo coniunctivus modo indic. adhibetur (ind. p. 12, 34, 60, 88, 95, 103, 108, 117 etc.); ib. p. 676; in una sententia ambos modos invenimus (p. 95, 108, 128); ib. p. 676, 688. Coniunctione *si* saepe in interrogatione utitur A.; ib. p. 320.

Coniunctivus praesentis et imperfecti verborum q. s. *velle* et *posse* sine ullo discrimine adhibentur; ib. p. 435 et 438 (*possem* et *vellem* potentiali significatione saepissime A. utitur).

Gerundii ablavitus haud raro in vicem participii praesentis cedit (De am., p. 16, 18, 19, 28, 39, 50, 99, 166, 189 etc.); ib. p. 655.

De indicativo et coniunctivo in una sententia coordinatis supra iam dixi; vid. Bonnet p. 688 (676, 681). Praeter locos iam laud. vid. De am., p. 202, 221, 253, 258, 269.

Coniunctio *ut* uno loco cum indicativo coniuncta est (De am., p. 97); ib. p. 679. Quod uno loco (p. 266) *narrare ut* dicitur, cum iis, quae apud Bonnet afferuntur p. 670, convenit.

In sententiis comparativis saepe particulam *quam* coniunctivus sequitur (De am., p. 37, 57, 58, 99, 107, 231, 247; indic. p. 38, 72; ib. p. 684.

In cod. A ubique, saepe etiam in ceteris codd., legitur *contingerit* pro *contigerit*; ib. p. 419. Poenitet me id emendasse.

Sed in opere Andreae quaedam etiam reperimus, quorum exempla Bonnet e Gregorio non affert. Ita dicitur *primo ... quam* pro *priusquam* (De am., p. 117, 185 etc.), quam coniunctionem coniunctivus sequitur; quod etiam de *antequam* dicimus (De am., p. 4, 28, 256, 257, 258). *Quam plures* pro *complures* vel pro *quam plurimi* invenimus (De am., p. 242, 254 etc.).

In vetando *non* pro *ne* utitur A. (De am., p. 212, 236 etc.). Coniunctio *si* modo coniunctivum modo indicativum habet (passim). In sententiis concessivis pronomine relativo indefinito vel pron. vel adverbio indefinito incipientibus saepe indicativo utitur A., interdum etiam coniunctivo. (De am., p. 54, 114, 145, 181, 237, 249 etc.). Ablativo participii perfecti audacter utitur pro figura, quae ablativi absol. vocatur (De am., p. 78, 107). Verbum *absit* modo cum coniunctione *ut* (p. 35, 111, 132), modo cum *quod* (171, 198, 261, 271), modo cum acc. c. inf. construitur (86, 128, 144, 231). Coniunctio *ve* pro *que* interdum substituitur (p. 1, 66, 83, 84, 86, 316, 321); aliis locis significationem retinet (p. 317, 318, 321); aliquoties *se* pron. refl. omittitur post praepositionem pronomine *ipse* sequente (p. 25, 161, 268). Sunt et alia multa, quae cum regulis grammaticis non conveniunt velut: *celare alicui alqd.*, *gaudere de aliqua re*,

svasus (partic. verbi svadere), *postulare alicui*, *peto responderi mihi* etc.

De mea in textu constituendo codicibusque aestimandis ratione pauca dicenda sunt. Quum nullus codicum eam habeat auctoritatem, ut dici possit ceteris omnibus praestare, cod. A mihi ducem potissimum his de causis proposui. Videtur mihi hic liber, quamquam centum vel pluribus annis posterior codicibus antiquissimis *CD*, textum melius quam hi conservasse. Iam dixi, codicem *C* multis locis pessimo genere correctionum infectum esse, et si de cod. *D* hoc dicere non licet, tamen interdum lectionem deteriorem, interdum correctiones praebet. Verba codicis *E* saepe prorsus sensu carent. Concedendum quidem est, librarium codicis *A* persaepe imperitia et neglegentia erravisse (non paucos errores tamen e codice ab eo descripto fluxisse, cod. *B* probat), sed haec ipsa inscitia fecit, ut nobis facilius sit genuinam lectionem in hoc codice discernere quam in iis, in quibus librarius emendare conatus est, quae non intellexit. Saepe etiam prae aliis genuinam formam sermonis praebet, saepe duplici scriptura nobis potestatem facit eligendi, quae aspectu antiquiore vel veri similiore commendari videntur. Cuius duplicis scripturae duplex natura est. Nam alio loco ipse librarius codicis *A* duobus modis legisse videtur, quae in exemplari, quod descripsit, se ei offerebant, et in dubio utramque scripturam retinere maluisse, cuius generis nullum exstat

vestigium in *B* neque in ceteris codd.[1], alio loco duplex scriptura antiquior est, nam in ceteris codd. modo verior modo deterior scriptura invenitur[2].

Hunc igitur codicem secutus ceteros codices semper ita consului, ut primo quidem codice *B*, gemino codicis *A*, uterer neque tamen ullam fere eius scripturam pro scriptura codicis *A* acciperem, nisi verborum in *A* depravatorum forma vel ceterorum codicum testimonio confirmaretur; haud raro horum et *B* consensus cod. *A* erroris arguit. Saepe altera familia codicum verum praebet, raro codicibus *EFH* solis niti necesse est[3]. Ita fere semper auctoritate codicis alicuius usus sum in mutandis verbis codicis *A*; ubi prorsus necessariam emendationem esse censui, litterae mutatae vel additae in contextu inclinatae sunt. Emendationes minus certae in adnotationem relegatae sunt. Quibusdam locis crucem adposui, quia verbum

1) Vid. p. 137 n. 10; 141 n. 2; 197 n. 10; 206 n. 3; 211 n. 19; 216 n. 23; 218 n. 11; 223 n. 6; 233 n. 21; 241 n. 21; 242 n. 2; 253 n. 15; 265 n. 27; 327 n. 8; 329 n. 19; 332 n. 21.

2) vid. p. 56 n. 22; 121 n. 2 [?]; 126 n. 25; 138 n. 26; 217 n. 7; 279 n. 1.

3) Ubi nihil adnotatum est, omnes codices consentiunt. Si lectio in contextum recepta codici *A* debetur, in varia scriptura hoc non notavi, discrepantiam vero ceterorum. Si non omnes discrepant, ii, quorum compendium in notis non invenitur, cum *A* consentiunt. Si alii codici vel aliis atque *A* lectio debetur, fere semper fontem, ex quo fluxit, indicavi; ubi hoc omissum est, omnibus, qui in annotatione non nominantur, debetur (Videatur tamen infra).

vel verba mihi vitiosa visa sunt, nec nullo remedio ea sanare potui[1]. Multa quidem emendatione egere videri possunt, quibus tamen in corrigendis auctorem ipsum libri corrigeremus. Vereor, ne ipse quaedam temere emendaverim, quae emendari non debuerunt[2]. Quaedam uncis inclusi, quae mihi ex nota marginali provenisse videbantur vel alias additamenta aliena[3] esse.

Discrepantiam scripturae codicum *ABCDH* totam fere attuli (quosdam tamen codicum *B* et *C* conatus nimis absurdos emendandi praetermisi), codicis *H* non praestantiae causa, quae nulla est, sed quia parens est editionis XV saeculi. Ceterorum errores et lacunas, quum prorsus inutiles videbantur, non commemoravi. Codices, quos non vidi, nihil ad rem allaturos, inde auguror, quod omnes ad eandem stirpem, ad quam maior pars ceterorum, pertinent, et horum vitia et virtutes

---

1) Quibusdam locis sensus perspicuus non est; sed in codicum consensu nihil mutare ausus sum. Quid sit *exspectare promissa* (p. 58 et 268), mihi non liquet. Quae avis sit *lacertiva avis* (p. 48 et 55), affirmare non audeo. Adiectivum *virlingosus* (p. 352) apud Du Cange ex antiquo glossario explicatur: burdator; vocabulum *siquidem* mihi inexplicabile est duobus locis (p. 276 et 356).

2) In discrepantia codicum diiudicari non potest, utrum coniunctivus an indicativus vera scriptura sit in sententiis conditionalibus, duobus autem vel tribus locis in sententiis coordinatis eundem modum verbi in utramque introduxi, quod fieri non debuit. De verbo q. e. *contingerit* supra dixi. Alternatio pronominum *tu* et *vos*, quam in primis colloquiis invenimus, etiam a Bonnet commemoratur, et fortasse codices eam non praebentes sequi non debui.

3) De loco uncis incluso p. 348 supra dixi.

in iis partibus trium illorum codicum, quas cognovi, reperi. Ordo verborum imprimis in deterioribus codicibus saepe mutatus est; ne nimis volumen adnotationum augeretur, eius mentionem non feci. Tamen vereor, ne nimis multa adhibita esse videantur. Spero, hoc modo proprietatem codicum perspici posse, etsi multa nulli usui sunt ad textum constituendum. Quae ab Albertano et Ieremia laudantur, fere omnia cum nostris codicibus consentiunt[1]. In orthographicis rebus codici-

---

[1]) Supra commemoravi (p. VI et XXXIX), quae ab Albertano laudata sint. Hi 25 loci (15 libri I, 1 lib. II, 9 lib. III) apud Ieremiam laudantur (e cod. Laur., Gadd. Rel. 46 eos descripsi): Lib. I, p. 3: Amor-compleri (quidem quis *pro* aliquis, in *om.*, amplexu *om.* [quidem *add. DEFGb*; in *om. FG*; ampl. *om. VZ*]; 4: res-deficiunt; 5: gravius-privari (querere *pro* carere, seruari *p.* privari); 17—18: sola-diff.; 47: magis-nob.; 50: maior-exerc.; 56: callidi-prolatae (in *om.*); 57: Qui-contineri (nuntiat *p.* indicat); 78: fas-resipiscere (recte persenserit *p.* bene sententiaverat); 81: quod quis-eventu; 120: coacta-iudic.; 137: Importuna-coartari (*om.* potest; cohartat); 158: saepius repetita-servantur (veritas *p.* placebunt; firmatur, seruatur; sedulitate *p.* soliditate); 173: Exterior-mentis; 228: Vilius-rogetur (utilius *p.* vilius; rogaretur *p.* rogetur); Lib. II, p. 240: Omnis-supprimitur; Lib. III, 316—17: Nullus-concipere (*om.* enim); 317: Verus-constantior (*om.* autem; tribulatione *p.* turbatione); 318: Qui amat-ligatur (*om.* enim); et cor-timescit (*om.* suum enim *p.* namque); 319: semper timet-fruatur amore (continua de amato ac sine intermissione cogitatione quass.); 321: Qui plurimis-amissam (pluribus *p.* plurimis; *om.* suae); 322—23: poenas-eruditus (*om.* licet-tamen *et* mihi; edoceri *p.* erudiri); 325: non reperitur-luxuriae

bus inter se discrepantibus, modum recentiorem in contextu observavi, codicum scribendi modum in varia scriptura retinui.

In compluribus codicibus et apud Ieremiam opusculum in tres libros divisum est[1], quam divisionem adhibui. In omnibus codicibus litteris initialibus rubro vel alio modo pictis singuli libri in capita dividuntur. His plerumque numerus adpositus non est[2]; si inscriptione aliqua munita sunt, alius aliam codex praebet. Inscriptiones capitum codicis *A* qui fecit, plerumque pessime lingua Latina abusus est, ut eluceat, talia monstra Andreae non deberi, quamvis saepe in linguam Latinam peccaverit. In duobus codicibus Parisinis tabulae capitum cum numeris additae sunt neque tamen congruentes. Plerumque e cod. *D* inscriptiones sumpsi, codicis *A* tamen retinens, ubicunque fieri potuit; numerum capitum lib. I mutavi tabulam, quam ipse auctor initio operis praemisit, secutus. Hoc modo colloquia capitulo VI continentur; quae litteris A—G signavi. In ipsis colloquiis ad exemplum codicis *A* dictis viri verba

---

(*om.* enim; instigetur *p.* incitetur); 333: Res-fugamus; 337—38: magis sapientes-fulti (voluptate *p.* voluptates; *om.* implere).

[1]) In *CD* et *I Reprobatio amoris* ultimum caput est secundi libri, in *A* et *B* secundus est liber.

[2]) In *Reprobatione* nullae sunt divisiones in codicibus. Qui numerus (*septima ratio*) p. 325 legitur, mihi videtur additamentum alicuius ne rectum quidem (vid. l. c.).

„homo ait“ et mulieris *„mulier ait“* adposui, quum discrepent ceteri omnes codd. et ab *A* et inter se[1]. Postremo dicendum est de titulo operis. Quoniam nullus titulus ab initio operi fuisse videtur, eum elegi, quo Ieremias usus est; eundem in cod. *A* reperimus, similem in codd. *CGH*.

Testes opinionum a se allatarum Andreas Ciceronem, Ovidium, Donatum, Marcianum compluresque locos Scripturae sacrae laudat; quaedam etiam ex Horatio, unum versum ex Lucano desumpsisse videtur[2]. Nominibus Blanceflorae, Isottae, Amphe-

---

[1]) *B* plerumque: Cui (vel: quibus) respondeas (responde); Mulier respondeat (respondit, respondet); *D*: Cui sic respondeas (responde [?]); cui mulier. *CE* plerumque eadem quae *D* praebent. *F* saepe: Cui vir sic R (quo siglo etiam *CDE* saepe utuntur). *H* saepe iisdem verbis saepe etiam tertia utitur persona (respondet). *I*: Homo plebeyus, mulier plebeya, Homo nobilis etc. In versione Dr. la Vache partim modum cod. *C-H*, partim mod. cod. *A* reperimus. — In *A* illa verba in margine eadem manu qua cetera scripta leguntur, sed cogor fateri, me fugisse uno loco (p. 119) in contextu legi ad initium responsi viri: ***Cui sic respondeas*** (etiam hic in margine: Homo ait). In *B* eodem loco: Cui respondeas.

[2]) „Eloquens Tullius in amicitiae libro“ testis adhibetur p. 318, idem liber p. 317 (De amic., 22), p. 158. Ovidii Rem. Am. 749 (De am. p. 8); Amorum lib. III, 4, 17 (p. 15 et 348); Ep. IV, 75—76 (p. 16); ib., 154 (p. 223); I, 12 (p. 318); Trist. I, 9, 5—6 (p. 245 et 317); Metam. II, 845 (p. 323); Fast. I, 419 (p. 350); quibusdam etiam dictis Ovidii reminiscimur; ita p. 99 verba q. s. ***„Talem igitur deum non est offendere tutum“*** cum v. 11 Ep. IV comparari

lices[1], Hugonis ab Alvernia[2] se operum poetarum sui temporis peritum demonstrat, quod satis etiam ex aliis multis apparet, ut supra dixi. Si quaeritur, quo modo ei scriptores antiquitatis noti fuerint, haud contenderim, scripta eorum ei in mani-

---

possunt: *Quidquid amor iussit, non est contemnere tutum.* „Donatus peritissimus" p. 134 nominatur; nihil tamen in scriptis Donati in hunc locum convenit („*Donati grammatici peritissimi fabularum breviatio*nem *Ouidii Nasonis*" perscrutari mihi non licuit). In scriptis Marciani Capellae versus ille Aeneidis (IV, 169—70), quem ei Andreas tribuit (p. 346), nusquam legitur (rhythmus turbatus est addito verbo *quia*). Versus laudatus p. 346 in Lucani Pharsaliae I, 281 legitur. Ex Horatii Epp. I, 4, 14 sumptus est versus p. 121; p. 74: „Lippis atque tonsoribus patere" apud Hor. in Satir. lib. I, 7, 3 legimus; quae p. 228 de artificiis avarae mulieris dicuntur, similia sunt iis, quae Epp. I, 17, 55—57 de meretrice leguntur, et „hirudinem plenam cruoris" (p. 230) in ultimo versu Artis poeticae reperimus. E Scriptura sumpta: p. 187: Matth. XVIII, 5; p. 188: id. XXIII, 2; p. 192: Sam. II, 7, 6 (Reg. I, 8, 19); p. 196: Matth. VII, 8; p. 326: David 150, 7; p. 331: Gen. II, 24.

1) p. 181: Blanceflora in carmine, quod vocatur *Floire et Blanchefleur* (G. Paris: La Litt. fr. au moyen âge § 51); Isotta in carmine *Tristan* (G. Paris ib. § 56); Amphelice in carmine *Cligés* Christiani Tricassini (ib. § 51 et § 57).

2) De Hugone ab Alvernia (p. 200) vid. G. Paris ib. § 26; Trojel: Middelalderens Elskovshoffer p. 140 n. 4, ubi hanc antiquissimam mentionem carminis illius commemoravi et, quo modo cum posterioribus versionibus Italianis XIV saeculi non congruat. Vid. etiam tractatus Crescini: Per la questione delle corti d'amore p. 11 n. 1 (Atti e Memorie VI, disp. IV. Padova 1891; etiam editus sub titulo: Per gli studi Romanzi, Saggi ed Appunti. Padova, Angelo Draghi, 1892).

bus fuisse. Potius crediderim, eum sententias quasdam in memoria tenuisse e florilegiis vel grammaticis collectas. Tamen Ovidii eum legisse puto Amores et Remedia amoris, Epistolas et Tristia, fortasse quaedam ex libris Metamorphoseon. Fieri etiam potest, ut Ciceronis liber de amicitia ei notus fuerit. Versum Lucani quin etiam duo versus Ovidii proverbium antiquum vocat. Ovidius epithetis *mirificus* et *sapiens* ornatur.

Restat, ut summo Ministerio, quod rebus ecclesiasticis scholasticisque apud nos praeest, Universitatique Havniensi gratias ago pro magna liberalitate, qua adiutus an. 1889 in Italiam Germaniamque profectus sum libros manu scriptos operis Andreae exploratum. Neque minus praefectis bibliothecarum Lutetiae Parisiorum et Montepessulani gratiam habeo, quorum benignitate factum est, ut codices *DEI* et versionem Francicam anni 1290 Havniae examinare possem.

Sed, nisi Institutum Carlsbergicum solita sua egregia liberalitate auxilium mihi praebuisset, haud scio an nunquam opus perfectum esset. Quare viris doctissimis, qui Instituto Carlsbergico praesunt, animo sincero gratias quam maximas ago.

Scribebam Havniae a. d. V. Id. Jul. an. MDCCCXCII.

E. Trojel.

DE AMORE

Praefatio.[1]

Cogit me multum assidua[2] tuae dilectionis instantia, Gualteri[3] venerande amice, ut[4] meo[5] tibi debeam famine propalare mearumque[6] manuum scriptis[7] docere[8], qualiter inter amantes illaesus possit[9] amoris status conservari, pariterve, qui[10] non amantur[11], quibus modis sibi cordi[12] affixa valeant[13] Veneris iacula declinare. Asseris te namque novum amoris militem novaque[14] ipsius sauciatum[15] sagitta illius[16] nescire[17] apte gubernare frena caballi nec ullum posse[18] tibi remedium invenire. Quod quam[19] sit grave quamque[20] molestet meum animum, nullis tibi possem[21] sermoni-

---

1) *om. AVEb* Incipit prologus libri de arte amandi *B* Incipit prima pars tractatus de Amore. Capitulum primum de intentione actoris *H* 2) assidue *H* 3) Gualterij *A* . G . *C* Gualtere *H* 4) et *B* 5) in eo *Fb* 6) mearum *B* 7) scriptibus *DH* scriptis competentibus *F* 8) edocere *O* 9) poterit *B* 10) hos qui *B* 11) amatur *VE* 12) cordis *Tb om. H* 13) ualeat *BP* 14) nova *Bb* 15) sauciari *R* 16) ac illius *BP* ac nescire illius *C* 17) non scire *Zb* 18) *om. H* 19) quantum *B* 20) quamquam *A* quantumque *BE* 21) poss. facile *DZ*

bus explicare. Novi enim[1] et manifesto experimento percepi[2], quod, qui[3] Veneris est servituti obnoxius, nil[4] valet perpensius cogitare, nisi ut aliquid semper valeat[5] suis actibus operari, quo magis[6] possit[7] ipsius illaqueari catenis: nihil[8] credit, se habere[9] beatum nisi id, quod penitus suo debeat amori placere. Quamvis igitur non[10] multum videatur expediens[11] huiusmodi[12] rebus insistere nec deceat, quemquam prudentem huiusmodi vacare venatibus, tamen propter affectum[13], quo tibi annector, tuae nullatenus valeo petitioni obstare[14]; quia[15] luce clarius novi, quod docto[16] in[17] amoris doctrina cautior tibi erit[18] in amore processus, tuae[19], prout potero, curabo postulationi parere.

---

[1]) etenim *O* [2]) cognoui *Z* [3]) quis *B* [4]) nichil aliud *O* [5]) possit *C* [6]) *om. Z* [7]) amans ipsius possit *B* in ips. possit *D* [8]) nichil quoque *C* nichilque *DZ* [9]) hab. posse *P* [10]) *om. H* [11]) inexpediens *H* [12]) hijs *D* [13]) nimiam qua tibi affectionem *C* aff. nimium *P* [14]) obsistere *VH* resistere *E* [15]) nec non quia etiam *CFZ* nec non quia *D* [16]) *Z*; docta *T* doctos *C* doctus *DF* [17]) *om. B* [18]) *om. A* [19]) tue igitur *B*

Liber primus.

Accessus[1] ad amoris tractatum.

Est igitur primo videre, quid sit amor, et unde dicatur amor[2], et quis[3] sit effectus amoris, et inter quos possit esse amor, qualiter acquiratur amor, retineatur, augmentetur, minuatur, finiatur et de notitia amoris mutui, et quid unus amantium agere debeat altero[4] fidem fallente[5].

Capitulum I: Quid[6] sit amor.

Amor est passio quaedam innata procedens ex visione et immoderata cogitatione formae alterius sexus, ob quam aliquis super omnia cupit alterius potiri amplexibus et omnia de utriusque voluntate in ipsius[7] amplexu[8] amoris[9] præcepta[10] compleri[11].

---

[1]) *BGb;* hic incipit accessus de amoris tractatum *D* Que sint videnda circa amorem *H om. ACEF* [2]) *om. Bb* [3]) quid *TC* et *om. P* [4]) alteri *A* alteri altero *H* [5]) frangenti *B* frangente uel falente *G* [6]) *(De numeris capitulorum et inscriptionibus dictum est in præfatione) DHb; om. ACEF* Qualiter diffiniatur amor *B* [7]) ipsis *DHB* [8]) amplexibus *Bb om. VZ* [9]) *VE*; *om. TH* [10]) *VZ*; *om. Tb* [11]) complere *BGH*

[1] Quod [2] amor sit passio, facile est videre. Nam, antequam amor sit ex utraque parte libratus[3], nulla est angustia maior, quia semper timet amans, ne[4] amor optatum capere non[5] possit effectum, nec[6] in vanum suos labores emittat. Vulgi[7] quoque timet rumores et omne, quod aliquo posset[8] modo[9] nocere; res enim imperfectae[10] modica turbatione[11] deficiunt. Sed et[12], si pauper ipse sit, timet, ne eius mulier vilipendat[13] inopiam; si turpis est, timet, ne eius contemnatur[14] informitas[15] vel pulchrioris[16] se mulier[17] annectat[18] amori; si dives est, praeteritam forte tenacitatem sibi timet obesse. Et, ut vera loquamur[19], nullus est, qui possit singularis[20] amantis enarrare timores. Est igitur amor ille[21] passio, qui ex altera tantum est parte libratus, qui potest singularis amor vocari. Postquam etiam[22] amor utriusque perficitur, non minus[23] timores insurgunt; uterque[24] namque timet amantium, ne, quod est multis laboribus acquisitum, per alterius labores amittat, quod valde magis[25] onerosum constat hominibus, quam

---

1) *Inscribitur haec pars Cap. Ii* : *B*: Qualis passio sit amor; *D*: qualiter amor dicitur passio; *b:* Sequitur videre quod amor sit passio 2) Quod autem *B* 3) liberatus *BH* 4) ut *H* 5) *DEF; om. ct.* 6) ut in v. suos non *B* neue *F* ne *H* 7) Vulgique timet *A* timet autem uulgares rum. timet etiam omne *C* 8) possit *DF* 9) *om. H* 10) imfectio *D* 11) perturbatione *Z* 12) *om. CH* 13) villipendet *A* 14) contempnetur *A* 15) difformitas *BCH* deformitas *b* 16) pulcriori *VEb* 17) *om. H* 18) adnectet *H* 19) loquar *C* 20) singulos *C* singulares *Zb* 21) illa *A* 22) enim *T* autem *C* 23) minores *O* 24) utrique *AH* 25) *om. H*

si spe[1] frustrati[2] nullum sibi suos[3] fructum sentiant[4] [sibi[5]] afferre labores[6]. Gravius est enim carere quaesitis quam sperato lucro privari. Timet etiam[7], ne in aliquo[8] offendat amantem; tot enim[9] timet, quod[10] nimium[11] esset narrare difficile[12]. Quod[13] autem illa passio sit innata, manifesta tibi[14] ratione ostendo, quia passio illa ex[15] nulla oritur actione subtiliter[16] veritate inspecta; sed[17] ex sola cogitatione, quam concipit animus ex eo, quod vidit, passio illa procedit[18]. Nam quum aliquis videt aliquam aptam amori et[19] suo formatam arbitrio, statim eam incipit concupiscere corde[20]; postea vero, quotiens de ipsa cogitat, totiens eius[21] magis ardescit amore[22], quousque ad cogitationem[23] devenerit[24] pleniorem. Postmodum[25] mulieris incipit cogitare facturas et eius distinguere membra suosque actus imaginari eiusque[26] corporis secreta rimari ac cuiusque membri officio desiderat perpotiri[27]. Postquam vero ad hanc cogitationem[28] plenariam[29] devenerit[30], sua

---

[1]) sepe *A* [2]) frustratus *TH* [3]) *om. BO* [4]) sentiat *CZ* sentiunt *DFb* [5]) *om. B* suum *O* [6]) laborem *O* [7]) enim *AD* [8]) *om. A* [9]) etiam *O* [10]) quot *DEF* [11]) nimis *BO* [12]) *Inscrib. pars sequ. cap. Ii: B:* Qualiter passio amoris innascitur; *D:* Amoris passio; *H*: Quod amor sit passio innata; *b:* De amoris passione innata [13]) Quantum illa *A* [14]) tali *Db* [15]) *O*; *om. T* [16]) subtulit *A* si uelimus ueritatem subtiliter inspicere *C* [17]) nisi *B* [18]) processit *C* [19]) *om. H* [20]) in corde *C* cordi *H* [21]) in eius *BO* [22]) amorem *CEF* [23]) cognitionem *DE* [24]) deuenit *CFHb* [25]) Postm. enim *O* [26]) et secretorum membrorum secreta rimari *C* [27]) *DEFG;* propotiri *Ab* potiri *BH* perfrui *C* [28]) *O;* cognitionem *T* [29]) *om. B* [30]) deuenit *Bb* deuenitur *VE*

frena nescit continere amor, sed statim[1] procedit ad actum; statim[2] enim[3] adiutorium[4] habere laborat et internuntium invenire. Incipit enim[5] cogitare, qualiter eius gratiam valeat[6] invenire, incipit etiam quaerere locum[7] et tempus cum opportunitate loquendi ac brevem horam longissimum reputat annum, quia cupienti animo[8] nil[9] satis posset festinanter impleri[10]; et[11] multa sibi in hunc modum evenire[12] constat[13]. Est igitur illa passio innata ex visione et cogitatione[14]. Non[15] quaelibet cogitatio sufficit ad amoris originem[16], sed immoderata exigitur[17]; nam cogitatio moderata[18] non solet ad mentem redire, et ideo ex ea non potest amor oriri.

Capitulum II: Inter[19] quos possit esse amor.

Hoc autem est praecipue in amore notandum, quod amor nisi inter diversorum sexuum personas esse non potest. Nam inter duos mares vel inter duas feminas amor sibi locum vindicare non

---

[1]) *om. B* [2]) statimque *B* [3]) *om. B* etiam *D* [4]) *AH*; iuuamen *B* adiutorem *ct.* Incipit enim sibi querere adiutorem uel internuntium *C* [5]) *D*; etenim *C* enim-incipit *om. Eb* etiam *ct.* [6]) possit *C* [7]) tempus et locum adloquendi oportunum *C* [8]) uiro *P* [9]) nil festinatur impleri *C* [10]) pleri *H* [11]) *om. H* [12]) eueniunt *C* [13]) *om. C* [14]) *add. B:* Qualiter cogitatio requiritur ad amorem; *b*: Ad quid tendat totius amantis conatus [15]) Non enim *H* [16]) concitationem *C* [17]) exig.-mod. *om. D* [18]) immoderata solet *E om. H* [19]) Inter-am. *D*; Inter quas personas amor potest esse *B* Inter quas personas amor contrahatur *E* Inter quas personas sit amor *H om. ct.*

valet[1]; duae namque sexus[2] eiusdem personae nullatenus aptae videntur ad mutuas sibi vices reddendas amoris vel eius naturales actus exercendos. Nam quidquid[3] natura[4] negat, amor[5] erubescit amplecti.

Ad[6] hoc totus tendit conatus amantis, et de hoc illius assidua est[7] cogitatio, ut eius, quam[8] amat, fruatur amplexibus; optat enim[9], ut cum ea omnia compleat amoris mandata, id est, ea quae[10] in amoris tractatibus[11] reperiuntur inserta. In amantis ergo conspectu nil[12] valet amoris actui comparari, potiusque verus amans[13] cunctis[14] exspoliari[15] divitiis[16] vel omni eo, quod humano posset excogitari ingenio, sine quo quis[17] vivere[18] non potest, penitus privari eligeret[19] quam sperato vel acquisito[20] amore carere. Quid enim homo[21] posset possidere vel habere sub coelo, pro quo vellet tot subiacere periculis, quot[22] assidue videmus amantes ex libero arbitrio se subiugare[23]? Videmus enim ipsos mortem contemnere nullasque timere minas, divitias spargere[24] et ad multas de-

---

1) potest *H* 2) generis *C* 3) ea que *C* 4) uerus *H* 5) amor uere *A* amor ad hoc *H* 6) Ad hoc vero *B* Ad hoc totus ad id *CD* Nam totus ad id *H* 7) *TC*; assid. cogit. perseverat *P* 8) quem *C* 9) etiam *O* 10) que ab eis qui de amore tractauerunt sunt tradita *C* 11) *O;* mandatis *T* 12) *om.* *H* nichil est am. act. comparandum *C* 13) eligeret amans *O* 14) infinitis *O* 15) spoliari *B* 16) div. desideraret *B* 17) homo *C* aliquis nunquam uiuere potest *Zb* 18) uix uiuere potest *D* 19) *om.* *H* 20) acquis. uellet *O* 21) Preterea quid posset homo *C* 22) quod *ADH* 23) subiacere *C* 24) *O;* spernere *T*

venire inopias. Sapiens tamen[1] amator divitias non abiicit[2], tanquam[3] prodigus consvevit dispensator abiicere, sed iuxta patrimonii[4] facultates suis ab initio modum ponit[5] impendiis. Nam inopiae quisque necessitati suppositus deflexo incipit incedere[6] vultu et multis cogitationibus cruciari, et omnis eum alacritas derelinquit[7]. Qua quidem cessante[8] illico melancolia[9] ex adverso consurgit[10], in[11] eo suum sibi locum vindicat[12] ira[13], et ita incipit esse alteratus amanti et[14] ei terribilis apparere[15], sicque incipiunt amoris incrementa deficere; ergo incipit amor diminui[16]. Amor enim semper minuitur[17] vel augetur. Manifesto igitur experimento cognosco[18], quod ita[19] superveniente inopia incipiunt fomenta amoris deficere, quia: „Non habet unde suum paupertas pascat amorem.“

Non autem haec tibi enarro[20], amice, quasi[21] velim avaritiam sectandam esse meis tibi faminibus indicare[22], quam cunctis constat in eodem cum amore non posse domicilio permanere, sed ut tibi[23] ostendere valeam, prodigalitatem esse[24]

---

[1]) etenim *E* enim *H* [2]) abiiciat *CDEb om. F* [3]) quas *H* [4]) sui patrim. *C* [5]) ponat *VEb* patiatur *H* [6]) uiuere *O* [7]) dereliquit *DH* [8]) alacritate cessante *B* [9]) melanconia ira *A* melancolia et ira *B* meliora *D* [10]) insurgunt *BD* [11]) et in eo *B* et ira statim suum *C* ac statim in eo *P* [12]) vendicant *B* [13]) ita *A om. BE* [14]) eique *B* eique existit *C* [15]) *om. C* [16]) minui *BCEFb* imminui *DH* [17]) imminuitur *H* [18]) cognoscitur *B* [19]) *TF*; dura *CE* dira *DH* [20]) narro *CFb* [21]) quia *H* [22]) *om. H* [23]) *om. D* [24]) esse-ipsam *om. H*

modis omnibus fugiendam, et ipsam largitatem utroque[1] brachio[2] amplectendam[3]. Nota etiam, quod amans nihil sapidum[4] ab amante consequitur nisi ex illius voluntate procedat.

Capitulum III: Unde[5] dicatur amor.

Dicitur autem amor ab amo[6] verbo[7], quod significat capere vel capi. Nam qui amat[8], captus est cupidinis vinculis[9] aliumque desiderat suo capere hamo. Sicut enim piscator astutus suis conatur cibiculis[10] attrahere pisces et[11] ipsos[12] sui hami capere unco, ita vero[13] captus amore suis nititur alium[14] attrahere blandimentis[15] totisque nisibus[16] instat duo diversa quodam incorporali vinculo corda unire vel[17] unita semper coniuncta servare.

Capitulum IV: Quis[18] sit effectus amoris.

Effectus autem amoris hic est, quia[19] verus amator[20] nulla posset[21] avaritia[22] offuscari, amor horridum et incultum omni facit formositate pollere, infimos natu etiam morum novit[23] nobili-

---

1) *TC*; utrisque *D* utriusque *ct.* 2) brachiis *P* 3) amplectandam *AH* 4) ad plenum *C* 5) Unde-am. *BDE*; unde amor dicatur *H om. ct.* 6) hamo *H* 7) *VE;* verbum *THb* 8) *om. B* 9) ungulis *O* 10) cubiculis *Hb* 11) et-attr. *om. GH* 12) ipsis *A* 13) *om. BE* 14) *P*; alium uel aliam *AC* aliam *B* 15) sic amor bland. *GH* 16) visibus *A* nexibus *D* viribus *H* 17) et *Bb* 18) *Inscr. om. ACF* 19) quia-off. *om. H* 20) amor *D* 21) possit *B* 22) *om. B* 23) *om. H*

tate ditare, superbos quoque solet humilitate[1] beare, obsequia cunctis amorosus[2] multa consvevit decenter[3] parare. O, quam mira res est amor, qui tantis facit hominem fulgere[4] virtutibus tantisque[5] docet quemlibet bonis moribus abundare! Est et aliud quiddam[6] in amore non brevi sermone laudandum, quia amor reddit hominem castitatis quasi[7] virtute decoratum, quia[8] vix[9] posset de[10] alterius etiam formosae[11] cogitare[12] amplexu, qui[13] unius[14] radio fulget[15] amoris. Est enim[16] suae menti, dum de amore suo plenarie cogitat[17], mulieris[18] cuiuslibet horridus et incultus aspectus.

Hoc ergo[19] tuo pectori volo semper esse affixum, Gualteri[20] amice[21], quod, si tali amor libramine[22] uteretur, ut nautas suos[23] post multarum[24] procellarum inundationem[25] in[26] quietis semper portum deduceret, me suae servitutis perpetuo vinculis[27] obligarem[28]. Sed quia inaequale pensum sua solet[29] manu gestare, de ipsius[30] tanquam iudicis suspecti non ad plenum confido iustitia.

---

1) nobilitate *C* 2) *V*; amorosis *ct.* 3) subiectione (humilitate *C*) prestare *VEb* subiectione prestari nullaque auaritia verus amor potest obfuscari *H* 4) coruscare *F* 5) cunctisque *C* 6) quoddam *CDZb* 7) omnique *B om. H* 8) *om. DFZ* 9) uix enim *DFH* tamen vix enim *b* 10) *om. A* amans de *B* 11) *P;* forme *T* amantis *C* 12) cohibere *H* 13) si *B* 14) *TC*; cuiusque *DFZ* cuiuscumque *b* 15) fulserit *B* 16) etiam *B* etenim *F* 17) *TC*; cogitare insistit amator *P* 18) cuiuslibet amantis *C* 19) igitur *O* 20) Gualterij *AC* 21) am. karissime *C* 22) *VEb;* liberamine *TH* 23) suas *H* 24) *TC*; multarum saltem *P* 25) undationem *DH* 26) inquietissimum portum *E* 27) catenis *C* 28) colligarem *C* 29) solitus est *C* 30) eius *C*.

Ideoque ad praesens eius[1] recuso iudicium, quia: „Saepe suos nautas valida relinquit[2] in unda“[3].

Sed quare[4] amor quandoque ponderibus non[5] utatur aequalibus[6], alibi tractatu latiori te[7] plenius[8] edocebo.

Capitulum V: Quae[9] personae sint aptae ad amorem.

Est nunc[10] videre, quae sint aptae personae ad amoris arma ferenda. Et scire debes, quod omnis compos mentis, qui aptus est ad Veneris opera peragenda[11],| potest amoris pertingi[12] aculeis, nisi aetas impediat vel caecitas vel[13] nimia voluptatis[14] abundantia. Aetas impedit, quia post sexagesimum annum in masculo et post quinquagesimum[15] in femina, licet coire[16] homo possit[17], eius[18] tamen[19] voluptas[20] ad amorem[21] deduci[22] non potest, quia calor naturalis ab ea[23] aetate suas incipit amittere[24] vires, et humiditas sua[25] validissime[26] inchoat incrementa[27] fovere atque ho-

---

1) *om. Hb* 2) reliquit *CD* 3) undis *D* 4) qualiter *D* 5) *om. C* 6) inequalibus *C* 7) et te *Z* 8) plenarie *C* 9) Quae-am. *DE*; Que pers. apte sunt ad amorem *H* Que sunt apte pers. amori *G* Quae pers. sunt aptae amori *b* Que pers. sunt apte ad amoris arma ferenda *B* De personis aptis ad amare [?] *F om. ct.* 10) igitur *Zb* 11) perferenda et peragenda *b* 12) pertingere *Eb* 13) aut *O* 14) *P;* uoluntatis *TC* 15) quinqu. annum *b* 16) certe *H* 17) posset *B* 18) ei cum *H* 19) tantum *A om. H* 20) uoluntas *TC* 21) maiorem *H* 22) deduci-quia *om. H* 23) hac *P* 24) admittere *C* 25) ipsa sua *DEFb* ipsa *H* 26) ualida *BEb* ualide *DF* ualde *H* 27) incremento *C*

minem in varias deducit angustias et[1] aegritudinum diversarum molestat insidiis, nullaque sunt sibi in hoc saeculo praeter cibi et potus solatia. Similiter[2] ante duodecim annos[3] femina, et ante decimum quartum[4] annum masculus non solet in amoris exercitu militare. Dico tamen et firmiter assero, quod[5] masculus ante decimum[6] octavum annum verus esse non potest amans, quia usque ad id tempus pro[7] re satis modica verecundo[8] rubore perfunditur[9], qui[10] non solum perficiendum impedit[11] amorem sed bene perfectum[12] exstinguit. Sed et[13] alia ratio efficacior invenitur[14], quia ante præfatum tempus[15] nulla in homine constantia viget, sed in omnibus variabilis reperitur[16]. Nec enim aetatis[17] de amoris imperii[18] arcanis posset tanta infirmitas cogitare. Cur vero citius in muliere[19] amor quam in masculis exardescit, alibi forte docebo[20].

Caecitas[21] impedit amorem, quia caecus videre non potest, unde suus possit[22] animus immoderatum[23] suscipere cogitationem, ergo in eo amor

---

[1]) et eum *P* et uariarum ipsarum egritudinum molestat insidiis *C* [2]) *Supra scriptum:* Quo tempore consueuit amare masculus et quo femina *D* [3]) duodecimum annum *B* [4]) XIIII annos *O* [*F*?] [5]) *BH*; quia *ct.* [6]) XVIII annos *C* 14m annum *H* [7]) modica res uerecundie ruborem inducit *C* [8]) uerecundie rubores *H* [9]) perfunduntur *H* [10]) que *AC* quod *P* [11]) impedire constat *P* [12]) completum *C* [13]) et alia *T* illa est *C* ad hec illa *P* [14]) *om.* *C* [15]) tempus etatis *P* [16]) *TC*; perseverat *P* [17]) huius etatis *R* [18]) imperiis *Fb* [19]) mulieris *H* [20]) edocebo *Bb* te docebo *D* [21]) caecitas uero *P* [22]) ualeat *DZb* [23]) immoderatus *A*

non potest oriri, sicut plenarie[1] supra constat[2] esse probatum[3]. Sed hoc verum[4] esse[5] in amore acquirendo profiteor; nam[6] amorem ante caecitatem hominis acquisitum non nego in caeco posse durare.

Nimia voluptatis[7] abundantia[8] impedit amorem, quia sunt[9] quidam, qui tanta voluptatis[7] cupidine detinentur[10], quod[11] amoris non possunt[12] retineri[13] reticulis; qui[14] post multas etiam[15] de[16] muliere cogitationes habitas vel fructus assumptos[17], postquam aliam vident[18], statim illius concupiscunt[19] amplexus et obsequii a priore amante suscepti obliviosi et ingrati[20] exsistunt[21]. Illi[22] tales, quot vident[23], tot cupiunt[24] libidini immisceri[25]. [Istorum[26] talis amor est, qualis est[27] canis impudici. Sed nos credimus[28] asinis comparandos[29]; ea[30] namque solummodo[31] natura moventur, quae ceteris animantibus homines ostendit aequales, non[32] vera, quae[33]

---

1) plene *C* 2) const. esse *om. C* 3) probauimus *C* 4) item *H* 5) *om. C* 6) quia *D* 7) voluntatis *A* 8) abundantia-voluptatis *om. H* 9) est aliquis *C* 10) detinetur *C* 11) qui *H* 12) *AF;* possent *BDb* posset *CE* possit *H* 13) detineri *C* amplecti *R* 14) quod etiam *C* quod *DE* quia *F* 15) *om. C* 16) de aliqua mul. *C* 17) acceptos *C* 18) uidet *CH* 19) concupiunt *A* concupiscit *CH* 20) *DFG;* ignari *Tb* obliuiosus et ingratus *C* suscepta oblita et ingrata *E* obsequia . . suscepta obliuiosa et ingrata *H* 21) existit *CH* 22) Isti *R* Iste *C* 23) uidet *C* 24) cupit *C* 25) commisceri *R* cupit abuti amplexibus *C* 26) Istius *C* 27) *om. H* 28) talem nouimus *C* tales credimus *DEF* tales contendimus *H* 29) asino comparare *C* 30) *DZ;* quia solumm. *T om. C* tales namque *F* 31) solummodo-separari *om. C* 32) Sed *B* non autem ea *R* 33) *om. B*

rationis differentia nos a cunctis facit animalibus[1] separari. De talibus amantibus alibi dicetur.

Capitulum VI: Qualiter[2] amor acquiratur et quot modis.

Nunc igitur[3] sequenti restat loco videre, quibus modis amor sit acquirendus. Et quorundam fertur narrare doctrina, quinque modos[4] esse, quibus amor acquiritur, scilicet[5]: formae venustate[6], morum probitate, copiosa sermonis facundia, divitiarum abundantia et facili rei petitae concessione. Sed nostra[7] quidem credit opinio, tantum tribus[8] prioribus[9] modis amorem acquiri, duos autem ultimos modos[10] omnino credimus[11] ab aula propulsandos[12] amoris, sicut mea[13] tibi suo loco doctrina monstrabit.

Formae venustas modico labore[14] sibi[15] quaerit amorem, maxime si amorem simplicis requirit[16] amantis. Simplex enim amans nil credit aliud[17] in amante quaerendum nisi formam faciemque venustam et corporis cultum. Horum autem amorem improbare[18] non insisto, sed[19] nec multum

---

[1]) animantibus *DE* [2]) *D;* Incipit primus tractatus amoris acquirendi continens sicut plebeius vir [*deest alqd.*] cum plebeia muliere *A* Quibus modis amor acquiretur *B* Quibus modis sit acquirendus amor *Z* Qualiter amor acquiratur *G* Quibus modis amor acquiritur *b* [3]) ergo *H* [4]) modis *DH* [5]) *om. E* [6]) uenustas . . probitas *etc. C* per forme uenustatem *etc. DH* uenustatem *etc. EF* [7]) mea fert opinio *C* [8]) duobus *G* [9]) *om. C* [10]) *AH*; *om. ct.* [11]) credo *C* [12]) pulsandos *D* [13]) nostra *H* [14]) loco *Db* [15]) *om. H* [16]) querat *C* querit *DH* [17]) *om. B* [18]) probare *H* [19]) *om. H*

approbare contendo[1], quia inter incautos vel minus sapientes amantes amor diu latere non potest; ergo sua statim incipit incrementa nescire[2]. Divulgatus enim amor aestimationem[3] non servat amantis, sed eius famam sinistris solet cauteriare[4] rumoribus et poenitentem prorsus saepe reddit amantem. Raro[5] inter ipsos amor[6] perdurat[7] amantes, sed[8], si inter tales amor[9] forte quandoque remaneat, sua[10] non potest pristina[11] solatia capere, quia rumoris percepta suspicio[12] custodiam facit cautiorem exhibere puellae et[13] omnem loquendi opportunitatem excludit et sollicitos attentosque reddit cognatos amantis, et exinde inimicitia capitalis insurgit[14]. In talibus amor, quum non possit sua[15] solatia capere, immoderata[16] suscipit[17] incrementa et in immanium[18] lamenta[19] poenarum deducit amantes[20], quia[21]: „Nitimur in vetitum, cupimus[22] semperque negatum“[23].

Sapiens[24] igitur mulier[25] talem sibi comparare[26] perquirat[27] amandum[28], qui morum sit[29] probitate

---

1) non contempno *H* 2) uestire *Zb* 3) exterminationem *D* existimationem *b* 4) prosternere *D* contaminare *H* 5) raroque *VZ* 6) animo *A* animo amantes perdurat amor *B* 7) durat *CFZb* 8) uel si *C* et inter *H* 9) *om. H* 10) sua tamen *VZ* 11) *O;* prestita *T* 12) *O;* suspicione *Tb* 13) omnemque *P* 14) consurgit *H* 15) solita solatia *CG* 16) immoderate *H* 17) *om. H* 18) *CF;* manuum *A* magnarum *B* uarium genus *D* variarum *H* 19) *om. D* 20) amantem *C* 21) quia preterea *B* 22) semper cupimusque *Eb* [*sic Ovidius Am. III, 4, 17*] 23) neg. amorem *B* negata *P* 24) Sapientia *CFZ* 25) *om. VZ* 26) *Hb;* comparere *TVE* 27) perquiret *C* perquirit *b* 28) in amore *C* 29) *om. H*

laudandus, non autem[1], qui mulierum se more perungit vel corporis se[2] cultu[3] perlustrat. Non enim potest virili congruere formae mulierum se more ornare vel corporis ornatui[4] deservire[5]. Tales etiam[6] mirificus[7] Ovidius[8] redarguendo[9] notavit:
„Sint procul a nobis iuvenes ut feminae compti,
Fine coli modico forma virilis amat".

Sed et[10], si mulierem videris nimia colorum varietate fucatam[11], eius non eligas formam, nisi alia vice primo[12] ipsam extra festiva diligenter aspicias, quia mulier in solo corporis fuco[13] confidens non multum solet morum[14] muneribus ornari[15]. Sicut igitur in masculo diximus, ita credimus, in muliere[16] non formam tantum quantum morum honestatem sectandam. Cave igitur, Gualteri[17], ne inanis te decipiat mulierum forma, quia[18] tanta solet esse mulieris astutia et[19] eius multa[20] facundia, quod, postquam coeperis[21] eius acquisitis gaudere muneribus, non videbitur tibi facilis ab ipsius amore regressus. Morum probitas acquirit[22]

---

1) enim *Ab* 2) *om. H* 3) cultura *R* 4) ornatu *Ab* culture *C* 5) inseruire *C* 6) *VZ;* enim *Tb* 7) iturisicus *A* yturiscus *B* mirificus *VZ* Hetruscus *b* 8) uersificator ille *C* 9) redarguit dicens *C* 10) *om. D* 11) *CE*; fuscatam *ct.* 12) *om. C* 13) fusco *DH* 14) *VZ*; *om. Tb* 15) esse mor. honerata muneribus *C* honorari *R* 16) in mul.-sectandam *C;* in mul. dicendum ut non formam tantum sed morum venustatem in ea sectandam probemus *Tb DE* (mor. etiam) *F* (spectandam) *H* (mor. probitatem) 17) *C*; Gualterij *A* Gualteri amice *B* Galteri *DE* Galterus *H* 18) quia-facundia *om. H* 19) *om. A* 20) *THb*; mellita *V* melliflua *E* 21) *Tb;* inceperis *CDZ* in corporis *F* 22) acquirat *H*

amorem in[1] morum probitate fulgentem. Doctus enim amans vel docta deformem non reiicit amantem, si moribus intus abundet[2]. Qui[3] enim probus invenitur et prudens, nunquam facile posset in amoris semita deviare vel suum[4] coamantem[5] afficere turbatione. Sapiens igitur, si[6] sapientem suo[7] connectit[8] amori, suum amorem in perpetuum facillime[9] poterit[10] occultare et[11] sapientem coamantem sapientiorem sua solet exhibere doctrina et minus[12] sapientem sua consvevit moderatione reddere cautiorem[13]. Mulier[14] similiter non[15] formam vel[16] cultum vel[17] generis quaerat originem, quia: „Nulla[18] forma placet, si bonitate vacet“[19], morum atque[20] probitas sola est, quae[21] vera facit hominem nobilitate beari[22] et rutilanti forma pollere. Nam quum omnes[23] homines uno sumus[24] ab initio[25] stipite derivati unamque secundum[26] naturam[26] originem traximus[27] omnes, non forma, non corporis cultus, non[28] etiam opulentia rerum, sed sola[29] fuit morum probitas, quae primitus nobilitate

---

1) more probitatis fulgente *C* 2) habundat *H* 3) nam qui probus *C* 4) *om.* *R* 5) conturbare amantem *C* amantem aliquibus afficere tedijs non valet *B* coam. aliqua turbatione mouere *R* (*Z*: perturbatione) 6) *om.* *AF* 7) *om.* *D* 8) conectat *DF* 9) facile *D* 10) posset *C* 11) et-sapientiorem *TCb* Amans sapiens coamantem prudentem sapientiorem *R* 12) non *C* 13) *add.* *VZI*: Sapientem igitur amantem tibi querere cura 14) *om.* *H* 15) non tantum *C* 16) non *D* 17) aut *C* 18) nulli *VZI* 19) vacat *B* 20) namque *DE* 21) quia *D* 22) fulgere *C* 23) nos omnes *BC* 24) fuimus *VZ* 25) *om.* *B* 26) *VE*; seruaturam *Ab* sementiuam *B* 2m veram *H* 27) traxissemus *D* 28) non diuitie, sed *C* 29) solum *CH*

distinxit homines[1] ac[2] generis induxit differentiam. Sed[3] plures[4] quidem sunt, qui ab ipsis primis nobilibus sementivam[5] trahentes originem in aliam partem degenerando declinant: „Et si convertas, non est propositio falsa".

Sola ergo probitas amoris est digna corona. Sermonis facundia multotiens[6] ad amandum non amantium corda compellit. Ornatum etenim amantis[7] eloquium amoris consvevit concitare aculeos[8] et de loquentis facit probitate praesumi. Quod qualiter fiat, quam brevi potero, curabo tibi sermone narrare.

Ad[9] hoc[10] imprimis istam tibi trado doctrinam, quod mulierum[11] alia est plebeia, alia nobilis, alia nobilior[12]. Item masculus[13] alius est[14] plebeius, alius est[15] nobilis, alius nobilior, alius nobilissimus. Mulier plebeia[16] tibi satis est manifesta; nobilis mulier dicitur ex vavassoris vel proceris sanguine orta[17] vel eorum uxores. Nobilior femina[18] nominatur[19] a proceribus sumpta[20]. Idem

---

1) *om. H* primos ipsos homines nob. dist. *C* 2) generisque induxit *C* 3) Quia *D* 4) plurimi *DZ* 5) semitiuam *H* 6) multos *C* multum *D* 7) et compositum am. *R* 8) aculeos presumit *A* et-presumi *om. Bb* 9) *Haec pars sermonis inscribitur:* Distinctio generis quis sit plebeius nobilis nobilior nobilissimus qui est clericus *G*; De distinctione personarum amantium *H* 10) Adhuc *D* ad hec *H* 11) *Tb*; mulier *ct.* 12) *add. D:* de ordinibus mulierum ac hominum et quod in masculis unus ordo plus quam in feminis reperitur 13) masculorum *B* mas *C* 14) *om. DF* 15) *om. BO* 16) *om. H* 17) propagata *P* 18) mulier *C* 19) *om. C* 20) *om. D* a nobiliore sanguine progenita *G* supra *CFZb*

dicimus in masculis, nisi[1] quod masculus nobiliori[2] vel ignobiliori[3] vinctus uxori ordinem non mutat. Mulier enim[4] vincta marito ex[5] mariti ordine suam nobilitatem variando commutat. Masculi vero nobilitas mulieris nunquam potest coniunctione mutari[6]. Praeterea unum in masculis plus quam in feminis ordinem[7] reperimus, quia quidam masculus nobilissimus invenitur[8] ut puta clericus.

A.[9] Loquitur plebeius ad plebeiam.

Accedat igitur ad plebeiam plebeius et tali[10] ad eam sermone loquatur. Primitus[11] ipsam[12] suo more salutet; sed haec[13] sunt[14] generaliter dicenda[15] et omni credantur[16] amanti, ut[17] post salutationem non[18] statim a verbis amoris incipiat, quia pellicibus[19] talia sunt initia facienda. Immo et domina salutata quoddam moderatum debet a

---

1) excepto *C* nisi quod masc. *om. E* 2) nob. vel *om. F* 3) nobilioribus *D* 4) *O*; etiam *A* uero *B* 5) ex mar. *om. B* 6) tractari *H* 7) *om. H* 8) reperitur *BEb* est *C* 9) Incipit primus tractatus acquirendi amoris continens sicut vir plebeius [*deest alqd.*] cum plebeia muliere *A* Qualiter mulier sit accedenda *B* Capitulum tertium in quo loquitur plebeius ad plebeiam *D* loqu. pl. ad plebeiam *E* De plebeio ad plebeiam *F* Qualiter vir plebeius debeat loqui mulieri capitulum primum *G* Incipit secunda pars de personis amantibus. Primo de amore plebei viri cum plebea femina *H* Hic docetur qualiter debeat loqui plebeius plebeae *b* 10) *om. D* 11) et *F* In primis *b* 12) eam *Zb* 13) hoc *DE* 14) sibi *VZ* igitur *b* 15) *om. O* 16) traduntur *B* trado *C* credatur *D* tradatur *FZb* 17) et *B* ut nunquam *C* 18) *om. C* 19) meretricibus *H*

masculo tempus[1] interponi, ut mulier, si velit, primo loquatur. Nam[2], si mulier ipsa loquendi[3] præstet initium[4], gaudere non[5] immerito poteris[6] si[7] verborum tibi copia non abundet[8], quia ipsius[9] elocutio[10] copiosam tibi sermonis[11] materiam propinabit. Sunt enim quidam, qui in dominarum aspectu adeo loquendi vigorem amittunt, quod[12] bene concepta recteque in mente disposita[13] perdunt nec possunt aliquid ordine recto proponere, quorum satis videtur arguenda fatuitas. Non enim decet aliquem nisi audacem et sapienter instructum ad dominarum colloquia devenire. Sed si nimis[14] ipsius mulieris loquendi[15] differantur[16] initia, post spatium[17] moderatum sapienter in sermone prorumpas. Primo[18] extrinseca verba proponas, quae ludificum aliquid contineant vel illius patriae vel gentis vel personae[19] laudationem[20]. Nam mulieres pro maxima[21] parte in suae personae commendatione laetantur, et cuncta, quae suas pertinere videntur ad[22] laudes, facile[23] per omnia credunt, plebeiae maxime[24] ac rusticanae[25].

---

[1]) *B; om. A* silentium *O* (*H*?) [2]) sed *C* [3]) colloquendi *C* [4]) initia *H* [5]) non imm. *om. C* [6]) debes *C* potes *P* [7]) maxime si *D* [8]) habundat *Zb* [9]) eius *DEFb om. H* [10]) sermo *C* [11]) uerborum *C om. F* [12]) qui *A* [13]) proposita *C* composita *Zb* [14]) nimis-mul. *om. C* [15]) *om. B* [16]) differatur principium tua parum initia differantur sed primo extrinseca uerba *C* [17]) *om. C* silentium *P* [18]) sed primo *C* primo igitur *DZb* primo enim *F* [19]) persone eiusdem *B* nominis *H* [20]) commendationem *C* [21]) magna parte *C* minima re enim multum *H* [22]) *om. H* [23]) *P*; facili *A* de facili *B* fac.-cred. *om. C* [24]) tamen *B* [25]) omnes de se credunt laudationes *C*

Post[1] illa igitur extrinseca verba tali potes ratione procedere[2]:

Quando te divina formavit essentia[3], nulla[4] sibi alia facienda restabant: Tuo[5] decori nihil[6] deesse cognosco, prudentiae nihil, immo[7] nil prorsus[8] in[9] te deficit[10] quidquam[11], nisi quod tuo[12], ut mihi videtur, neminem[13] ditasti[14] amore. Miror tamen plurimum, si mulierem tam formosam et tanta prudentia decoratam amor extra sua castra diu militare permittit[15]. O, si inceperis militare amori, beatus erit ille super[16] omnibus, quem tuo[17] coronabis amore[17]. Nam si[18] ego tanto[19] meis meritis essem dignus honore[20], nullus in orbe vivens recte[21] mihi esset coaequandus[22] amator.

Mulier ait[23]: Tui videntur falsitatem continere sermones, quia, quum[24] mihi non sit pulchritudinis

---

[1]) dicas ergo sic post illa extr. dicta *C* [2]) *add. A*: homo ait; *B*: Qualiter plebeius loquitur plebeye [3]) *O*; presentia *A* prudentia *B* [4]) nichil aliud sibi restabat faciendum *C* [5]) tue namque forme *C* tuo namque dec. *DEFb* tua namque dec. *H* [6]) nichil penitus *P* [7]) immo tibi *C* [8]) *om. C* [9]) deest nisi solus amor. Sed scio quia si uelles adesset. Scio tamen quia quandoque amare curabis quia mulierem tam formosam amor extra sua castra non diu permittet. O, si *etc. C* [10]) defecit *D* desit *H* [11]) *om. B* laudabile quidquam *P* [12]) *BH*; uestrum *A* uestro *DEFb* [13]) *BO*; nemini *A* [14]) *H*; ditatis amore *BDEFb* dicatis amorem *A* [15]) permittat *BHb* permittet *VE* [16]) super omn. *om. H* [17]) tuum .. amantem *C* [18]) et si *CDHb* [19]) tantis *Ab* [20]) amore *C* honore tantaque repertus felicitate *D* [21]) *om. B* [22]) equandus *VEb* equalis *H* [23]) [*De his verbis dictum est in praefatione*] [24]) quum sim deformis meam super omnes pulcritudinem extollis *C*

forma decora, me quasi super omnes formosam mulieres extollis, et quum sim ornatu [1] sapientiae [2] destituta, me tanquam prudentem [3] tua verba commendant. Mulieribus [4] enim ex plebe trahentibus originem sapientia non debet summa requiri [5].

Homo ait: Consvetudo est sapientum [6], ut nunquam suam formam [7] vel [8] probitatem ore proprio fateantur, et ex hoc eorum [9] manifeste probitas denotatur, quia tam caute suis [10] prudentes [11] consveverunt sermonibus uti, ut nunquam [12] illo vulgari [13] iuste valeant proverbio denotari, quo fertur, omnem in ore proprio sordescere laudem. Cuius proverbii tu quoque [14] tanquam sapiens volens evitare sententiam [15] te aliis tantum laudandam relinquis; tot enim [16] sunt, qui tuas [17] insistant [18] extollere laudes, quod nunquam dicere fas esset, quod [19] *quaecunque* [20] persona vellet [21] falsa [22] narrare [23]. Nam [24] et, qui te [25] gentis tuae [26] ratione non diligunt, de te [27] attente laudes referre cognovi [28].

---

[1]) minus sapiens *C* [2]) sap. dest. *om. C* [3]) sapientem *C* [4]) In mulieribus *F* [5]) reperiri *D* exquiri *H* *add. C*: non enim ex uili genere orta debet requiri prudentia [6]) mulierum *C* [7]) formositatem *C* [8]) vel-proprio *om. C* [9]) tua *C* earum *F* [10]) tuis *C* [11]) *om. C* [12]) nunqu. te illud uulgatum contingat prouerbium quod fertur *C* [13]) uulgato *DEFb* [14]) *om. H* [15]) sagittam *F* [16]) tamen *C* [17]) tui *H* [18]) insistunt *BO* [19]) pro *O* [20]) quacunque *TP* alicuius *C* [21]) uelle *O* [22]) mentiri *C* [23]) *om. C* notare siue narrare *Zb* [24]) Nam quidam scio qui non est tibi amicus qui tuis multum laudibus utebatur. Sed et *etc. C* [25]) *BGH*; uos *ct.* [26]) *GH*; nostre *B* uestre *ct.* [27]) *BGH*; uobis *ct.* [28]) cognoueris *H*

Sed et, si credas[1] non[2] esse formosam, ex[3] hoc me verum reputare debes[4] amantem, quum tua mihi formositas videatur aliarum[5] omnium summittere[6] formas; amor enim deformem quoque[7] mulierem tanquam valde formosam representat amanti. Dixisti etiam[8], te[9] ex vili generi ortam. Sed in hoc longe maioribus te dignam fore laudibus ostendisti et maiori nobilitate gaudere, quum nobilitatem tibi non generis vel sanguinis propinavit[10] origo[11], sed sola[12] probitas et[13] compositio morum digniori te nobilitatis specie ditaverunt[14]. Nam homines[15] universos ab initio † prodiit[16] una[17] natura[18], unaque[19] omnes usque ad hoc tempus tenuisset[20] aequalitas, nisi magnanimitas et morum probitas coepisset homines nobilitatis inaequalitate distinguere.

Mulier ait: Si tanta sum nobilitate praeclara, ut tuis niteris[21] sermonibus indicare, et[22] quum sis plebeius, aliquam de plebe tuo[23] studeas amori coniungere, et ego nobilis[24] amorem mihi ex nobi-

---

1) credis *B* 2) te non *B* pro mea te non esse assertione formosam *O* 3) potes ergo me *C* 4) *om.* *BC* 5) aliorum *DH* 6) sibi subicere *VE* subiacere *Hb* 7) *om.* *BE* quemquam *H* 8) *om.* *B* 9) quod tuam originem ex uili genere ducis *P* (ex uili origine *D* ex vili familia *Eb*) 10) propagatio *C* propriauit *D* 11) *om.* *C* 12) *om.* *C* solum *H* 13) et morum in te facta congregatio *C* compositio-ditaverunt *om.* *C* 14) decreuerunt *A* 15) omnes homines unum ab initio *C* 16) prodijt *TP* prodit *C* produxit *G* [*fortasse scribendum:* prodidit] 17) principium *C* 18) *om.* *C* 19) *O*; unam *T* 20) equalitatem hominesque tenuisset *B* 21) *O*; videri *A* uideris *B* 22) *om.* *O* 23) tua *H* 24) nobilem amatorem michi *F*

litate requiram[1]. Nobilitas enim et popularitas[2] in diversis sexibus „non bene conveniunt[3] nec in una sede morantur“[4].

Homo ait: Tua[5] satis idonea responsio videretur[6], si tantum mulieribus[7] esset indultum[8], ut in eis per bonos mores generis nobilitari posset infimitas[9]. Sed quum non solum feminis sed[10] etiam masculis morum probitas nobilitatem[11] inducat[12], a[13] tuo me forsitan minus recte repellis amore[14], quum et[15] mei mores nobilitatis me forte virtute coruscant. Noscas ergo primitus[16], an morum me cultura destituat, et si meum inveneris genus ultra suam nobilitari naturam, nullatenus me[17] debeas[18] spe[19] tui frustrare amoris. Magis enim morum congruit[20] nobilitati ex[21] morum nobilitate amantem sibi[22] eligere quam altum[23] sibi et[24] incultum quaerere genus. Immo et[25], si aliquis reperiatur utraque[26] nobilitate praeclarus, magis[27] illius[28] amor est eligendus, qui sola[29] morum nobilitate[30] lustratur[31]. Nam ille[32] ab antiquo stipite

---

1) sumere queram *C* 2) plebeiitas *H* 3) conuenerunt et in una *H* 4) moratur *H* 5) optima tua esset responsio *C* 6) uidetur *D* 7) muliebri sexui esset *C* 8) concessum *D* 9) *DEF*; infirmitas *ct.* 10) verum *B* 11) nobilitatis *P* 12) inducat honorem *DEFb* induc. amorem *H* 13) non me forte a tuo recte *C* 14) amorem *A* 15) etiam *H* nam et mei me possent mores corruscare uirtutibus *C* 16) primo *C* 17) michi *C* 18) debes *O* 19) spem tui auferre amoris *C* 20) congruere nob. videtur *P* 21) ex-nob. *om.* *D* 22) *om.* *CD* 23) *P*; alterum *TC* 24) *VEb*; *om.* *TH* 25) *om.* *A* etiam *C* 26) si aliquis ultra reperiatur nobil. *Z* 27) magis tamen *O* 28) illius modi [?] *A* illius est modi [?] *B* inde illius *H* 29) solum *H* 30) probitate *B* 31) existit *C* 32) *C*; *om.* *A*

maiorique[1] parente[2] sibi nobilitatem accipit[3] et illam ab eis[4] quasi ex quodam traduce[5] sumpsit, a quibus[6] sementivam traxit originem; iste vero ex ipso[7] tantum suam habet[8] nobilitatem et eam sibi a nullo stipite derivatam assumpsit, sed ex sola suae mentis optima dispositione retinuit[9] ortam. Magis ergo istius[10] quam illius est nobilitas approbanda. Video enim, quod ille[11] rex maiori laude censetur vel praemio dignus, qui ex suis genitoribus modico regno assumpto infinitas postea sua virtuosa[12] potentia nationes suae subiugaverit[13] dicioni quam ille, qui plura[14] regna hereditario[15] sibi iure[16] transmissa penitus[17] conservat illaesa. Si ergo cognoscas[18], me morum nobilitate[19] gaudere, tuam me versus probitatem inclina et dona mihi spem saltem[20] tui tam diu desiderati amoris, ut vivere possim; non enim est[21] spes ulla salutis, si de tuo me[22] desperes amore.

Mulier ait: Quamvis multa sis probitate laudandus, ego tamen iuvencula[23] veterum horresco solatia.

Homo ait: Senectus quidem[24] res improbanda[25]

---

[1]) maiori suoque *B* [2]) par. transmissam *O* [3]) accepit *R* suscepit *C* [4]) ex eo *B* [5]) radice *DH* tradente *F* tramite *b* [6]) quo *B* [7]) se ipso *O* [8]) habuit *Zb* [9]) ipsam retin. *B* [10]) illius *A* ipsius *H* [11]) magis ille rex iudicatur esse laudandus qui *C* [12]) uirtute et *C* [13]) subiugauit *H* [14]) plurima *O* [15]) ex hereditate *H* [16]) *om.* *H* [17]) *om.* *C* [18]) cognoscis *V* cognoueris *E* [19]) habere nobilitatem *C* [20]) salutem *A* [21]) mee est *B* est michi *V* michi est *Zb* [22]) *om.* *H* [23]) iouenticula *T* (iuuent. *B*) [24]) quid. res *om.* *C* [25]) improba *B*

non est, quia pariter ad eam trahimur[1] omnes unaque ad ipsam cunctos[2] natura[3] deducit[4], cui nemo resistere potest. Non[5] enim potentiae valui divinae resistere, ut meam[6] nativitatem contra suam differret provisionem[7] tardiusque me produceret[8] in lucem. Ergo quod in[9] meis tantum processi diebus, mihi nullatenus[10] est adscribendum, et ideo in[11] damnum mihi nequaquam cedere debet; immo amplius dico, quod, si[12] sapientia te ulla detentat, aetatis prolixitas magnum mihi est[13] argumentum pro tuo lucrando amore, quia in tam[14] tempore longo laudabilia[15] multa peregi, urbanitates multas exercui, infinita[16], quibus potui, obsequia contuli[17], tot[18] et alia bona feci, quae[19] temporis modico lapsu nullus agere[20] potuisset, ideoque magnis[21] sum meritis dignus et retributione[22] maxima honorandus. Et econtra, si vixissem tempore[23] brevi, non[24] essem tanto munere dignus, quia[25] tempore modico bona fieri paucis-

---

1) trahuntur *B* pariter tendimus unaque omnes *C* inuiti trahimur *R* 2) nos cunctos *B* nos *C* 3) trahit natura *C* 4) *om. C* 5) Nam *A* Nec ego resistere potui, ut *F* 6) *O*; mea natiuitas *T* 7) promissionem *D* 8) prodiret *V* proderet *GZ* prodire *b* 9) *O*; *om. TG* 10) culpe nullat. *O* 11) *P*; *om. T* et ideo in nullo mihi debet esse damnosum *C* 12) si aetatis prolixitas sapiens est *C* 13) debet aperte pro tuo conquirendo amore esse argum. *C* 14) *om. H* 15) multa feci laudabilia *C* 16) infinitas *BF* 17) impendi *C* prestiti *DFHb* prestaui *E* 18) et ea feci, que *C* tot etiam *P* 19) quot *F* quod *H* 20) facere *C* 21) magis *A* maioribus *B* 22) et magnas mereor retributiones *C* 23) temp. modico *C* tempus breue *H* 24) modicis essem dignus muneribus *C* 25) quia pauca potuissem in mod. temp. bona fecisse *C*

sima possunt. Eum[1] autem, qui plus servit et obsequia plura[2] facit, praemiis[3] esse[4] maioribus dignum quam qui pauciora laudabilia fecit, ex eo satis est manifestum, quod tam in coelestis curia regis quam etiam[5] principum[6] terrenorum[7] omnes cernimus, iuris[8] istius peritia censeri, ut qui plus servit, maiora praemia ferat. Haec[9] autem dico[10] non quasi asserendo[11], me senectutis gloria decoratum, sed errorem istum a tuo volens depellere[12] corde, hominem[13], qui adolescentiae praeterivit[14] aetatem, ab amoris esse militia repellendum, quum vix in adolescentia reperiatur[15] aliquis, qui in cunctis variabilis et inconstans non exsistat[16]. Non[17] enim ex corporis canitie recte deprehenditur[18] ipsa[19] senectus[19]. Multos[20] enim assidue videmus[21] in minori[22] positos aetate canescere multosque etiam[23] in decrepito[24] conspicimus senio[25] et nulla canitie dealbari. Ergo magis ex corde quam ex pilo senectus ipsa deprehenditur.

Sed et[26], si sit aliquis forte nimia[27] iuventute detentus[28], tali[29] fortassis contra eum mulier utetur obiectu[30]: Non[31] in te quidem illa[32] perficitur

---

1) Cum autem *AZb* Ille autem *B* 2) plurima *P* 3) seruitiis *A* 4) est *BH* 5) apud *C* 6) terrenos *C* 7) principes *C* 8) talis iuris peritia *C* 9) Hoc *BZb* 10) tibi dico *C* 11) asserens *C* 12) remouere *C* 13) scilicet hom. *BF* hom. scil. *Zb* 14) excessit *C* 15) rep. al. qui *om.* *H* 16) existit *H* 17) Preterea non debes . . deprehendere *C* 18) deprehendatur *A* 19) senectutem *C* 20) quia multos videmus cottidie *C* 21) uidimus *D* 22) iuniori *B* 23) *om.* *C* 24) decrepita aetate *C* 25) *om.* *C* 26) *om.* *CFZb* 27) nimis iuuenis *C* 28) *om.* *C* 29) ita forte ei mul. obiiceret *C* 30) *O*; obiecto *T* 31) Nam *T* 32) *O*; illa non *T*

aetas, qua[1] digne possis amorem alicuius postulare prudentis; unde[2] tua multum videtur arguenda temeritas, quod[3] ea petis, quibus penitus[4] reperiris indignus. Multa enim debet probitate gaudere multisque ipsum beneficiis iuvari[5] oportet, qui dominae probioris petit amorem. Quae autem in te sint probitatis indicia, vel quae te benefacta[6] commendent[7], videre non possum, nec alicuius[8] relatione percepi, propter[9] quae tam grandia tua tam[10] audacter petat improbitas. Si enim in[11] amoris vellem[12] exercitu militare, plures[13] mecum[14] viri assidua[15] confabulatione loquuntur, qui multa[16] strenuitate famae[17] sunt[18] et probitate decori[19], ex quibus[20] mihi possem amorem eligere competentem[21]. Primo ergo, antequam[22] petas, ea facere studeas, quae petitis iudicentur[23] digna muneribus.

Homo ait: Nisi[24] te crederem ista ludendo narrasse[25], vel ut mihi[26] verecundiae ruborem induceres, dicerem, tuam[27] plurimum errare prudentiam. Profiteor[28] etenim, quod magnis sunt digna praeterita[29] facta[30] muneribus, verumtamen universis constat hominibus, quod nullum in mundo

---

[1]) que digne possit *H* [2]) Tua igitur est multum reprehendenda audacia, qui *C* [3]) qui *CD* quia *Eb* [4]) omnino *C* [5]) letari *B* [6]) beneficia *DZ* [7]) comendant *Bb* [8]) alic. unquam *O* [9]) *om.* *B* [10]) *om.* *C* et tam *DE* [11]) *om.* *DH* [12]) *om.* *A* castris cuperem militare *C* [13]) multi *C* plurimi *R* [14]) *om.* *B* sunt hic *C* [15]) assid.-loqu. *om.* *C* [16]) multe strenuitatis *B* [17]) fama *VE* [18]) *om.* *CF* [19]) decorantur *C* [20]) quorum m. poss. numero *C* [21]) *om.* *C* [22]) quam *O* [23]) sint *C* [24]) Nisi crederem hoc te *C* [25]) dixisse *C* [26]) me uerecundie rubore perfundas *P* [27]) multum tue prudentie effectum deficere *C* [28]) Bene enim concedo, *C* [29]) petita *B* [30]) *om.* *B*

bonum vel curialitas exercetur[1], nisi ex amoris fonte[2] derivetur. Omnis ergo boni[3] erit amor origo et causa. Cessante igitur[4] causa eius de[5] necessitate cessat effectus. Nullus[6] ergo poterit homo facere bona, nisi amoris svasione cogatur[7]. Petitum itaque largiri debes amorem, ut benefaciendi causa mihi a te videatur indulta et per te valeam bonis moribus informari[8] et stabili semper in[9] firmitate durare. Magis enim ad tuam laudem[10] pertinere cognosco, si ex tua[11] gratia tantum[12] mihi amorem vel spem largiaris amoris, quam si eum mihi[13] praeteritorum[14] factorum remunerationem[15] concedas; ibi enim quasi ex debito facies[16], hic vero[17] largitas pura versatur. Praeterea, nonne maiori[18] doctor est dignus honore vel laude, qui omnino discipulum imperitum[19] sua facit doctrina prudentem, quam qui reddit doctum[20] sua sapientia[21] doctiorem? Novus ergo miles amoris[22] ac in[23] amore rudis te mihi peto magistram et tua[24] doctrina plenius erudiri. Magno enim tibi adscribetur[25] honori, si me rudem et in-

---

1) exerc. aliqua *B* ualeat exerceri *C* 2) fomite *C* illud fomite *DF* illud fonte *Zb* 3) secularis boni *CD* 4) *om.* *C* 5) ex *O* 6) ergo laudabilia facere non possum *C* 7) constringar *C* 8) conformari *Z* 9) infirmitate *C* *om. ct.* 10) scio laudem pertinere, si *C* 11) sola gratia tua *C* 12) *om.* *C* 13) *om.* *C* 14) petitorum *B* ad pr. f. remunerationem *C* 15) *DFb;* remuneratione *TH* malorum factorum denunciatione *E* 16) faciens *A* facis *C* faceres *DEFb* 17) vera *B* *om.* *C* 18) magis *C* 19) indoctum *C* 20) iam doctum *O* 21) prudentia *C* 22) *om.* *B* 23) in am. *om.* *C* 24) tue me doctrine subicio. *C* tue doctrine plenitudine penitus erudiri *P* 25) adscribitur *A*

doctum tua[1] feceris prudentia doctum. Rudes[2] enim et indoctos tali[3] decet[4] amori[5] servire. cuius industria incauta[6] valeat[7] obumbrari iuventus.

Mulier ait: Non recte[8] in amore sapis[9], quum aperte videaris amoris regulas tuis sermonibus obviare. Nam amoris[10] praecepto docemur, ut[11] qui plura[12] bona facit[13], maiori debeat[14] honore gaudere ac meritis pluribus adiuvari. Nam si tuos veros[15] iudicemus[16] esse sermones, suis actoribus[17] benefacta[18] nocebunt[19], et econtra aliis prodesse[20] videbitur a beneficiis[21] abstinuisse nullaque[22] bona fecisse. Sed[23] dicis in hoc mea te velle disciplina[24] doceri; hunc autem penitus[25] recuso laborem[26], quia[27] magis doctus[28] videtur eligendus amator, quam qui meo[29] labore est[30] docendus. Parisius igitur exspecta[31] erudiri[32], non[33] a muliere doceri[34], quia nimia videtur imperitia[35] laborare, qui rudis

---

[1]) tua doctrina conformet. *C* [2]) *P*; Rudis enim indoctus *A* rudis enim et indoctus *B* nam rudes et indocti *C* [3]) *om. H* [4]) debeat *B* debent *C* [5]) amanti *B* amantis querere amorem *C* [6]) incaute *A* [7]) sua non valeat *B* [8]) Non recte iuuenis *VEb* n. r. iuuentus *H* [9]) sapit *H* [10]) amoris est praeceptum, ut *C* [11]) quod *B* [12]) plurima *D* [13]) fecit *B* [14]) debet *B* pluribus debeat muneribus honorari *C* [15]) ueridicos *C* [16]) iudicaremus *A* [17]) auctoribus *DEF* [18]) benefic^i^a *D* [19]) nocerent *H* [20]) proderit *C* [21]) benefactis *P* videbitur-abstin. *om. C* [22]) nulla unquam *C* [23]) Preterea *C* [24]) doctrina *B* sub mea disc. *O* [25]) *om. C* [26]) laborem recuso suscipere *C* [27]) quoniam *B om. C* [28]) doctus michi *B* michi doctus *O* (michique *C*) [29]) sit *C* [30]) esset *B om. CH* [31]) *D*; exspectas *TZb* expectes *G* doctrinam queras et non a mulierum cetu doceri *C* [32]) edoceri *H* [33]) et non *BO* [34]) erudiri *H* [35]) uexari insania *C* docendus-laborare *om. F*

et indoctus prudentis et instructae[1] feminae sibi quaerit amorem.

Homo ait: Mirandum[2] est, quod dicis, et[3] quod tam sophistice[4] meos niteris sermones arguere. Nam, quae proposui, non recte intellexisse videris; quod enim superius enarravi, magis[5] ad tuam pertinere laudem, si ex tua gratia largiaris [et concedas[6]] amorem, quam si eum praeterita facta remunerando concedas, taliter[7] intelligere debes, quod[8], si duo sint[9], quorum unus plurima[10] bona fecit, alter vero nulla et[11] in plena reperitur aetate et a benefactis[12] habita[13] opportunitate benefaciendi abstinuit, hic, qui nulla bona fecit, repellitur[14], et, qui bona peregit[15], est[16] assumendus amator[17]. Sed si ponas, qui[18] nulla bona peregit, in iuventute[19] positum, in qua[20] benefaciendi non habuit facultatem, in[21] articulo isto iuvenis, qui bona nulla peregit, est eligendus amator[22], non quod magis sit dignus amari, quam qui bona plurima[23] fecit, sed quia[24] maius[25] inde bonum sequitur

---

[1]) astute *O* [2]) mirum *C* [3]) *om. H* [4]) *O*; philosophice *T* [5]) magis scilicet *B* [6]) *om. O* [7]) et ita intelige *C* [8]) *BH*; quia *ct.* [9]) appareant *C* sunt *Zb* [10]) multa *C* [11]) in plena tamen *C* [12]) et a beneficiis *BDE* et cum bona facere potuit non fecit *C* [13]) habita-abstin. *om. C* [14]) repelletur *B* [15]) fecit *CEFb* [16]) omnino est preferendus *C* [17]) *om. C* [18]) hunc qui *B* eum qui *P* duos apparere quorum unus plurima bona fecit, alter uero nulla. sed in prima inuenitur positus iuuentute in qua bene facere non potuit nec sibi potuit iuste imputari qui non fecerit *C* [19]) iuv. prima *O* [20]) in qua uix forte adhuc sibi fuit benef. facultas *P* [21]) in hoc artic. *C* in artic. primo *D* [22]) *om. C* [23]) plura *T om. C* [24]) *O*; *om. A* cum *B* [25]) magis tamen *A*

mundo[1]. Sicut enim magis[2] ille quoque[3] Rex coelestis super unius[4] peccatoris gaudet conversione[5] quam super[6] nonaginta novem iustis[7], et hoc propter bonum, quod[8] sequitur inde, ita melius facit[9] mulier, si aliquem minus[10] bonum[11] per[12] suam[13] doctrinam aulae coniungat amoris suaque[14] faciat probitate laudandum, quam[15] si[16] bonum[17] aliquem faciat meliorem, id est, sicut est maius[18] Deo[19] lucrum super[20] unius peccatoris conversione[21] quam super[22] nonaginta novem iustorum melioratione[23], ita maius[24] fit[25] mundo lucrum, si quis non[26] bonus[26] probus efficiatur, quam si alicuius boni probitas augmentetur. Quod[27] autem dixi, eius, qui nulla bona fecit, amorem[28] potius eligendum[29], quam qui bona plurima peregit[30], hoc non in quarto gradu sed in tribus praecedentibus[31] gradibus interpreteris[32] amoris. Sed si forte horum te sermonum perturbet[33] obscuritas, eorum[34] tibi sententiam indicabo. Ab antiquo quatuor sunt gradus in amore constituti[35] distincti[36]. Primus[37] in spei

---

1) *om. C* 2) *om. B* 3) *om. BC* 4) uno peccatore *C* 5) *om. C* 6) supra *D* 7) iustorum melioratione *BG* 8) quod-bonum *om. H* 9) *om. A* 10) *om. C* 11) nouum *C* 12) propter *CD* 13) suum factum atque doctr. *C* 14) et ad benefaciendum perducat *C* suaque ipsum *P* 15) quod *Eb* 16) *V*; *om. TZb* 17) alicuius benefacta aumentet *C* bona aliqua *D* 18) magis *Z* 19) *om. C* 20) *om. B* 21) conversio *B* 22) *om. B* quam-melior. *om. H* 23) melioratio *B om. D* 24) magis *A* 25) *DF*; est *Bb* sit *AZ* 26) denouo *C* 27) Sed hoc quod tibi dixi de eo qui *C* 28) *om. C* in amorem *H* 29) eligendo in amore *C* 30) fecit *C* 31) prioribus preced. *D* 32) interpreteritis *A* 33) perturbetur *D* perturbat *H* 34) eorum manifeste *C* 35) *om. P* 36) *om. C* 37) Primus igitur *D*

datione[1] consistit, secundus in osculi exhibitione, tertius in amplexus fruitione[2], quartus in totius personae concessione[3] finitur[4]. Quod[5] asserui ergo: Si duo[6] sint[7], quorum unus plurima[8], alter vero nulla bona fecit[9], illius[10], qui[11] nulla bona fecit, potius[12] est eligendus amor[13], non[14] intelligere[15] debes[15] in quarto gradu, id est in totius personae concessione, sed[16] in primo, id est in spei largitione[17]. Nam si statim mulier velit quarti gradus amantem eligere sine[18] deliberationis dilatione, potius eum, qui plurima[19] bona fecit, quam qui[20] nulla, sibi expedit[21] amantem[22] eligere; et hoc ideo, quia de illius est[23] bonitate secura, de istius vero nequaquam, et[24] pro certis saepius non incaute[25] relinquuntur incerta. Sapientes tamen feminas non decet tam repentina quemquam concessione ditare, ut prioribus praetermissis[26] gradibus ad quarti[27] statim gradus prosiliant[28] largitionem[29], sed ordine[30] solent[31] proce-

[1]) donatione *DF* [2]) feruitione *A* feuitione *D* [3]) secreta concessione *C* [4]) *om. C* [5]) Quod ergo dixi *C* Quod-ergo *om. D* [6]) ponas duos esse *C* [7]) sunt *H* [8]) *O*; plura *T* [9]) peregit *P* [10]) in prima tamen ut dixi positus est iuuentute quod ille *C* in prima tamen est iuuentute repertus quod ille *DEFb om. H*; *add. DF* in hoc articulo; *Eb*: illo articulo [11]) qui-fecit *om. AH* [12]) *om. C* [13]) *om. C* amator *P* [14]) non istud *C* non haec (hoc) *P* [15]) intelligas *C* [16]) in primo tamen hoc intelligere debes gradu *C* [17]) datione facienda *C* [18]) sine ulla *O* [19]) *O*; plura *T* [20]) *om. A* [21]) debet *C* [22]) amandum *O* [23]) *om. H* [24]) et in hoc articulo certa pro incertis relinquenda non cogito *C* [25]) *om. B* non in *om. F* [26]) praeterm. gr. *om. B* tribus prioribus grad. pr. *C* [27]) quartum statim gradum *C* [28]) *P*; prosileat A accedat B prosileant *C* [29]) concessione *C* [30]) *om. Zb* [31]) *CF*; debet *T* solet *DZb*

dere tali[1]: Debet enim primo spei uti largitione mulier, et si cognoverit[2], amantem[3] spei[4] largitione accepta in bonis moribus augmentari, ad gradum mulier non vereatur devenire[5] secundum. Et sic gradatim usque ad quartum deveniat gradum, si ipsum hac re[6] invenerit per omnia[7] dignum. Si rationem quaeris[8], cur in articulo praescripto[9] iuvenis, qui nulla bona fecit, in primo gradu amandus[10] eligitur, in alio vero articulo quarti[11] gradus eligitur[12], qui bona plurima[13] fecit, ratio[14] evidenter apparet, quia usque ad tertium gradum potest mulier[15] retro sine[16] blasmo abire[17]; si vero in[18] quarto gradu consolidavit amorem, non postea sine causa iustissima retro decet abire, et[19] hoc non[20] solum propter amoris confirmationem[21], quae quarto consvevit fieri gradu[22], sed[23] etiam propter rem[24] magnam quam in sua mulier est largita persona. Quid enim mulier maius[25] dare potest,

---

1) taliter *E* tali modo *Hb*; *add. D:* Qualiter mulier debet procedere in amoris largitione 2) uiderit *C* 3) eum propter spem acquisitam meliorem effici et in bonis factis eius semper animum de bono in melius incrementa recipere perspexerit ad secundum tandem gradum deueniat *C* 4) pro spei largitate accepta *DEFb* 5) uenire *Zb* peruenire *F* 6) hac re omnino *B* hac re *om. DF* 7) *om. B* 8) petas *C* queras *Zb* 9) uno *C* presenti *P* 10) *om. C* 11) in quarto gradu *FHb* 12) eligatur *H* 13) *O;* plura *T* 14) hec tibi ratio evid. app. *B* istam tibi rationem assigno *C* 15) amans *C* 16) pro leui discedere causa *P* 17) *add. C*: etiam pro leui causa 18) usque ad IIII processit gradum non sine causa iustissima, est facile retroire *C* 19) cum propter am. *C* 20) *O*; *om. T* 21) *O*; considerationem firmam *T* 22) *add. Zb*: contingit 23) *P*; et *T* tum *C* 24) magne rei concessionem *C* 25) magis *BHb*

quam si suam personam alieno disponat arbitrio[1]?

Quod autem dixisti, te oneris evitandi causa velle magis amantem deligere[2] doctum quam tuo[3] labore docendum, satis in hoc[4] tua videtur[5] opinio reprobanda; dulcior enim cuilibet fructus[6] sapere debet ex propria plantatione perceptus, quam qui[7] ex alieno[8] arbore[9] assumitur, et carius habetur, quod pluribus est laboribus acquisitum, quam quod sollicitudine[10] modica possidetur; nam[11]: „Absque labore gravi non[12] possunt magna parari".

Mulier ait: Si absque gravi labore magna[13] parari non possunt, quum[14] id, quod postulas, sit[15] de maioribus[16] unum, multis te oportet laboribus fatigari, ut ad quaesita[17] munera valeas pervenire.

Homo ait: Omnes[18] quas[19] possum, tibi refero grates, quod post labores[20] multos amorem mihi tuum tam[21] provide promisisti. Absit enim, ut[22] tantae probitatis feminae ego vel alius quilibet possit[23] lucrari amorem, nisi multis[24] fuerit primo[25] laboribus acquisitus. Non enim est verisimile, mu-

---

1) *add. C*: certe nihil 2) eligere *O* 3) tuo lab. *om. C* 4) hac parte tuam approbo opinionem *C* 5) vestra *A* 6) sapit fructus ex *C* 7) hic qui *C* 8) *O*; alio *T* 9) labore *O* 10) modica cuiquam attulit sollicitudo *C* 11) nam et *BDF* quia *C* 12) vix H 13) grandia *P* 14) et cum *B* ergo cum *O* 15) sit pro uero- *C* 16) amoribus *H* 17) petita *B* petita possis munera *C* quesita potest mun. *H* 18) mille *C* 19) quas poss. *om. C* 20) mult. labores meos *C* 21) *om. A* iam *D* 22) quod *C* 23) possimus *CDZb* 24) *om. C* 25) prius *CF*

lierem tam prudentem amorem suum alicui repente concedere vel alicuius probi viri[1] labores apud se permittere sine[2] munere[3] demorari[4]. A[5] bonae videtur rationis[6] ordine[7] deviare[8], si non benefacta suis actoribus[9] debita[10] commoda ferant.]

B[11]. Loquitur plebeius nobili.

Si plebeius sibi quaerat nobilis mulieris amorem[12], hoc[13] poterit procedere modo: Si mulier quamvis nobilis simplex inveniatur tamen, ea per omnia possunt[14] habere locum, quae in plebeii[15] et plebeiae sunt dicta colloquio eo excepto, quod hic[16] potest locum sibi commendatio sanguinis vindicare. Si vero nobilis mulier fuerit sapiens et astuta[17], providenter[18] caveat ipsius personae mo-

1) *om.* *D* 2) vel sine *B* 3) debito munere *O* 4) deitiorari *A* reicere *B* 5) *om.* *A* Nam *B* Respondet mulier ab omni videtur *O* 6) *om.* *C* ratione *D* 7) ordini *B* tramite *C* *om.* *D* 8) obviare *B* 9) auctoribus *Vb* 10) *om.* *C* 11) Incipit secundus tractatus acquirendi amoris continens sicut vir plebeius [*deest alqd.*] cum nobili muliere et sic affatur *A*; Si plebeius nobilis mulieris petit amorem & *B* *om. inscr.* *C* Cap IIII in quo loquitur plebeius nobili *D*; Loquitur plebeius nobili *E* De plebeio qui sibi querit nobilioris amorem *F*; Qualiter plebeius loquitur nobili femine *G*; De amore plebei uiri cum nobili femina *H*; Qualiter plebeius loqui debeat nobili feminae *b* 12) am. aduertere *C* 13) in hoc sibi modo proced. conuenit *C* 14) habent locum *C* 15) plebeio cum plebeia *D* plebeia et plebeio *E* 16) in hoc articulo *C* 17) discreta *C* 18) *om.* *B* prudenter *DEb* omnia eadem possunt habere locum . eo etiam excepto quod modo diximus nichilominus et hoc excepto . quia moderate ipsius debet commendationi insistere. Nam si *C*

derate insistere laudi. Nam si nobilem et prudentem feminam ultra modum suo[1] voluerit sermone laudare, credet[2], eum[3] plenam[4] sermonis facundiae[5] copiam[6] non habere vel adulatione falsa narrare ipsamque[7] fatuam reputare. Post prima igitur sermonis initia taliter ad amoris verba descendat: Si possem cor meum intra propriae voluntatis saepta[8] recludere, multa forte sub silentio praeterirem[9], quae me coactum oportet instanti sermone narrare. Cor namque meum acutis meam cogit calcaribus voluntatem extra suae naturae semitam divertendo vagari et maiora petere, quam sim narrare[10] sufficiens. Si amor tamen me cogit aliquid improvide vel minus sapienter proferre, vestra[11] nobilitas, rogo[12], ut[13] patienter sustineat et leni[14] sermone me[15] redarguat[16]. Cognosco[17] igitur manifeste, quod amor non consvevit homines discretionis stilo discernere, sed omnes pariter angit[18] in suo, id est, amoris exercitu militare, non excipiens formam, non genus, neque sexum[19] neque sanguinis inaequalitatem[20] distinguens, sed hoc solum discernens, an aliquis sit aptus ad amoris arma ferenda. Res enim est amor, quae

---

1) extollis credet *C* 2) ut eam credat *E* credit *CDHb* 3) eam *AEb* te *C* 4) hoc irrisorie dicere uel adul. *C* 5) facundiam *DH* 6) *om. DH* 7) uel ipsam *C* aut ipsam *P* 8) *Zb*; septra *AC* sceptra *BF* cepta *D* 9) pertransirem *H* 10) *O*; nature *A* natura *B* 11) vestra me *VEb* 12) ergo *A om. CF* 13) *om. O* 14) leui *BDH* 15) *om. BH* 16) castiget *C* 17) Scio enim et manifeste cognosco *C* 18) augumentare *A* auge *B* angit *V* augeri *E* iubet *H* auget *b* 19) *om. B* 20) equalitatem *D*

ipsam imitatur[1] naturam; ergo nec amantes ipsi aliter discernere[2] debent hominum genera, quam amor suo discernit iudicio. Sicut igitur uniuscuiusque generis homines[3] amor[4] cogit accendi, ita et amantes non genera discernere debent sed hoc solum, an sit sauciatus amore, qui petit amari. Hac ergo[5] invincibili[6] ratione[7] munitus cuiuslibet mihi licet amorem mulieris eligere, si nullius mores me coinquinent[8] pravitatis.

Si igitur[9] mihi praestare velitis[10] audientiam patienter[11], id solummodo[12] postulare curabo, quod nulla[13] mihi poteritis[14] iusta ratione negare. Sed si mea in aliquo verba vestram[15] exacerbarent[16] personam, et si[17] contra me vestro vos aspero contendatis[18] sermone tueri, hoc[19] mihi esset intolerabile malum et[20] omnium causa dolorum.

Sciatis[21] itaque, quod a multis retro diebus amoris[22] vestri me sagitta percussit, ipsumque vulnus totis sum[23] viribus conatus abscondere,

---

1) immutatur *D* 2) *om. H* 3) amorem *D* 4) amor eius cogit accendi flamma *B* amor facit in cuiuslibet generis hominum amorem accedere *C om. D* amor in cuiuslibet hominum generis amorem cogit accendi *Zb* 5) ego *A* igitur *DG* 6) in imitibili *A* in vincibili *B* inevitabili *P* defensione *C* 7) *om. C* 8) coinquinet *A* coinquinant *O* 9) *om. AH* 10) uellis *C* 11) *om. B* patientem *R* 12) solum *CHb* 13) *TC*; nunquam *P* 14) poteris *C* 15) *om. A* tuam *BC* 16) ex arcebaretur *C* exacerbent *B* concitarent *P* 17) si ex hoc *B* et sic *P* et sic te tuo me *C* 18) contendas *C* contenderetis *H* 19) mearum esset augmentum penarum *C* 20) et-dol. *om. C* 21) scias *C* 22) tui amorem (amoris *m*) *C* 23) suis uiribus conatur *D*

non quod insufficientem militem me credam amoris, sed quia vestrae[1] altitudinis[2] sapientiam pertimesco. Viso[3] enim vestro aspectu adeo meum perterret ingenium mentemque[4] perturbat[4], quod eorum[5] etiam[6], quae mente attente[7] conceperam[8], penitus[9] obliviosus exsisto. Merito ergo meum studebam celare dolorem[10]; quanto tamen magis meum conabar tegere vulnus, tanto magis mihi crescebat poena doloris. Tam diu tamen vulnus permansit absconsum, quam diu me dolor suis non potuit viribus superare. Postquam vero sua[11] virtute me devicit[12], pro magna potentia sui[13] grandia[14] me postulare cogit[15] et instantis doloris remedia cogitare. Vos[16] quidem estis mei causa doloris et mortalis poenae[17] remedium; meam namque[18] simul cum morte[19] vitam tenetis vestro pugno reclusam. Si[20] concesseritis postulata, vitam praestatis[21] amissam et[22] solatia multa vivendo[23]; sed[24] si ea[25] mihi denegare velitis, erit mihi vita poena, quod[26] gravius est quam subito incurrere

[1]) tue *C* [2]) celsitudinis *H* [3]) tuorum etenim radiis oculorum adeo *C* visus enim uestre et aspectus *D* uisus enim uestri aspectus *EFb* Viso enim uestro aspectus *H* [4]) *om.* *P* [5]) multorum *C* [6]) *om.* *B* firmiter *C* [7]) attenta *DEFb* quae-att. *om.* *C* acuta *H* [8]) conceptorum *C* [9]) *om.* *C* [10]) amorem *B* [11]) in tantum crevit eius potentia *B* [12]) deducit *A* superauit *C* [13]) *om.* *B* [14]) sicut magna ualde ipsius est potentia, ita me cogit grandia postulare *C* [15]) coegit *P* [16]) Tu es quidem mei causa dol. et totius mee pene remed. *C* [17]) pena remedii *A* [18]) naturam *D* [19]) mente *H* [20]) Nam si *DZb* Nam cum *F* Nam-amiss. *om.* *C* [21]) prestabitis *H* [22]) *om.* *A* [23]) *CDEb*; uidendi *T* uiuere *H* uidendo *F* [24]) si recusas quod peto *C* [25]) *om.* *A* [26]) que grauior est morte *C*

mortem. Potius[1] enim esset festinantem[2] eligere mortem quam poenis tam[3] gravibus[4] assidue[5] subiacere.] Singula quidem, quae meus animus narranda[6] concepit, vobis aperire non possum, sed Deus ipse novit, quos sermones velit exprimere mutus.

Ait mulier: Plurimum miror[7], et miranda res est, quod ad tantam rerum turbationem ipsa non deficiunt elementa, nec[8] mundus corruit ipse. Si[9] meae quidem nobilitatis ignoscere pudori non[10] insisterem, acerrime tuos compesceret mea lingua sermones; quia tamen in nobilis[11] ore nimis res esset[12] inconcinna aspera contra quemlibet et[13] inurbana verba proferre, patienter meus animus tolerat tua dicta vesana et svavi[14] tibi respondet affatu. Quis ergo tu es, qui tanta munera petis? Tua[15] mihi satis patet[16] forma[17], ac genus est manifestum. Sed ubi deprehendi maior audacia potest quam illius[18], qui totius hebdomadae tractu variis mercimonii[19] lucris toto mentis intendit affectu, septima[20] suae quietis die quaerat[21] amoris vacare muneribus eiusque dehonestare[22] mandata

[1]) potius- mortem *om.* *D* [2]) *om.* *C* [3]) *om.* *CFZb* [4]) grandibus *B* grauioribus *CFZb* [5]) assiduis *H* [6]) *CDb*; narrando *TZ* mirando *F* [7]) *om.* *H* [8]) nec non *D* [9]) Sed si *VHb* sed et si *E* [10]) minus *H* [11]) nobili *FZb* [12]) nimis ore res *A* nimis esse res inconc. uidetur *CF* nimis omnino res inc. uidetur *D* nimis est res inc. natura *E* res esset contraria uiri *H* [13]) *O*; *om.* *T* [14]) suauique *DFH* suoque *E* [15]) tuam formam uiso conspicio tuumque bene genus *C* [16]) *om.* *CH* [17]) forma fortuna *D* [18]) quam si ille *VE* quam qui ille *H* [19]) *FZ*; mercimonijs *TCDb* [20]) ac sept. *B* [21]) querit *BH* amoris uelit *C* [22]) honestatis *D*

et[1] ordines in hominibus ab antiquo statutos confundere. Non enim[2] otiose vel sine causa fuit ab aevi primordio inter homines ordinum reperta distinctio, sed ut quisque intra generis[3] saepta[4] permaneat[5] et per omnia sui ordinis[6] finibus contentus exsistat[7], et ea, quae maioris sunt ordinis stabilita natura, sibi nullus usurpare praesumat[8], sed ipsa tanquam aliena relinquat[9]. Quis ergo tu es[10], qui tam antiqua conaris temerare statuta et sub amoris commento[11] maiorum praecepta subvertere tuique generis tanta niteris praesumptione metas excedere? Nam[12] si adeo mei[13] sensus obliviosa manerem, ut[14] tua verba me cogerent his[15], quae dicis, annuere[16], cor tamen[17] tuum non esset tam grandia tolerare sufficiens. Numquid[18] enim lacertiva avis[19] perdicem[20] vel fasianum sua potuit unquam superare virtute? Falcones igitur vel astures[21] hanc decet capere praedam non autem a milvorum pusillanimitate vexari. Tua igitur[22] est multum fatuitas cohibenda[23], quod[24]

---

[1]) *om. A* [2]) *om. A* [3]) gen. sui *B* sui gen. *VEb* [4]) *O*; septra *A* sceptra *B* [5]) permaneret *B* [6]) ordinis-sunt ordinis *om. H* finibus-ord. *om. F* [7]) existeret *B* [8]) presumeret *B* [9]) relinqueret *B* [10]) om. *VEb* [11]) fomento *D* [12]) Nam et si me tam fatuam reperies, ut *C* Nam et *P* [13]) meo sensu *A* meorum sensuum *B* mei sensus *VHb* meo sensus *E* [14]) quod *B* [15]) tue uoluntati *C* hijs dictis *D* [16]) abnuere *CH* [17]) *om. H* [18]) Quis enim uidit falconem etiam leuissimum per miluiorum pusillanimitatem suam predam dimittere vel quando unquam lacertiua auis fuerit persecuta ancipitrem *C* [19]) *om. D* [20]) pernitiem *A* pernicem *B* [21]) austures *TH* [22]) *om. A* Tua ig. mult. uidetur *O* [23]) exhibenda *A* [24]) cum *B* quod tam *O*

alti generis indignus tibi quaeris amantem. Nec enim, quod[1] asseruisti ante[2], tuam potest[3] tueri sententiam. Dixisti etenim, amorem non distinguere genera sed cunctos cogere ad amandum, qui apti reperiuntur ad amoris arma ferenda, et quod amantes non debent aliter[4] distinguere, sed hoc requirere solum, an sit sauciatus amore, qui petit amari. Sed[5] sine omni contradictione profiteor[6], quod amor indifferenter cogit[7] amare, sed aliud, quod sequitur, scilicet, amantem non debere distinguere nisi, an[8] amet, qui petit amari, non suscipio, quia penitus est[9] falsitati subnixum. Nam si hoc esset, illa sibi verba locum vindicare non possent, quibus fertur amor[10] sua manu pensum inaequale gestare. Huius hypotheticae[11] consequenti destructo, e contrario[12] tibi concluditur; ergo et meam[13] sententiam in sua videbis firmitate durare. Sed et[14], si forte narrare velis, quod multi consveverunt audaci lingua proferre, amorem scilicet iniquum a cunctis debere[15] iudicem nominari, quum inaequalia pondera ferat, tali[16] te responsione repello. Quamvis enim amor[17] inaequalia pondera ferat, iustus tamen iudex poterit

---

1) propositio quam dixisti, tuam potest stultitiam obumbrare *C* 2) *om. VEb* 3) poterit *H* 4) *FI*; similiter *ct.* 5) primum quidem de plane confiteor *C* 6) profiteatur *H* 7) cogit omnes *Vb* omn. cogit *Z* 8) *O*; ut *T* 9) ex falsitate subiunxit *H* 10) *ACZ*; amorem *BDFb* 11) *BDF* (*C m.*) *Zb*; hypothece *AC*[?]*GI* 12) necessario *V om. E* merito *H* manifeste *b* 13) manifeste meam sententiam apparebit stare *C* 14) *om. VEb* 15) a-debere *om. A* a cunct. *om. CE* 16) tali-ferat *om. FH* 17) am. quandoque *DEb*

vere[1] vocari[2]. Amor enim ponderis inaequalitate non utitur nisi iustissima causa cogente[3]. Nam quum cerneret amor, homines[4] universos[4] ex ipso instinctu cupidinis naturaliter in cuiuslibet alterius sexus personae libidinem provocari, turpe nimis putavit exemplum[5] sua statim ex adverso tentoria ponere, ut[6] eam, cuius quaeritur amor, statim compellat amare. Si[7] hoc enim esset, quilibet[8] *horridus*[9], hispidus, agriculturae deserviens[10] vel in plateis publice[11] pro cibo mendicans reginae sibi provocare posset amorem. Sed ne[12] unquam huiusmodi[13] posset inconcinnitas[14] vel rerum absurditas evenire[15], cuiuslibet generaliter personae[16] amor commisit arbitrio, ut[17], si velit, amet eum[18], qui petit amari, vel non amet, si nolit amare[19]. Sed[20] et, si hanc, quam dicis[21], regulam amor sine omni[22] exceptione servaret illaesam, scilicet[23] ut omnis[24] semper, qui amat, ametur, alterius regulae cursui occurreret[25] naturali[26]. Quilibet enim homi-

---

1) *om.* *C* iniuste *D* non iuste *E* non *H* 2) *add.* *C*: cum iusta causa hoc ipsum facere cogat; Am.-cog. *om.* *C* 3) cogatur *B* 4) omnes hom. *C* 5) exemplo *O* 6) ut-amare *om.* *B* et eam que amatur continenti ad amandum compellere *C* 7) *O*; Sed *A* Nam si hoc esset *B* 8) tunc *B* 9) arridus *ADF* aridus *CZb* hor. hisp. *om.* *B* 10) insistens *C* 11) publ.-cibo *om.* *C* pro cibo *om.* *H* 12) nec *AC* ne *ct.* 13) *B*; huius *A* haec *CZb* hoc *D* *om.* *F* 14) inc. vel *om.* *BDF* 15) *add.* *C*; quamuis sine inconcinnitate istud inter quasdam possit euenire personas 16) amantis *C* 17) ut qui se amat, si uellet, amaret *C* 18) *P*; *om.* *T* 19) nolit amare *om.* *A* vel amare *om.* *C* si velit amare *H* si-amare *om.* *b* 20) sed-servaret om. *A* preterea si *C* 21) quam dic. *om.* *C* 22) *om.* *C* sine-exc. *om.* *F* 23) illaesam scil. *om.* *C* 24) omn.-semper *om.* *C* 25) occuret *AD* precluderet *C* 26) cursum naturalem *C* naturaliter *TH*

num alterius maioris[1] ordinis libentius quam ordinis aequalis[2] sive[2] minoris sibi quaerere[3] solet[3] amantem, et ideo versa vice mulier[4], cuius petitur amor, propter regulam dictam et cursum naturae praefatum ordinis aequalis sive maioris libenter[5] petit amorem, ne ab amoris regula generali inique videatur exempta[6]. Apparet igitur ex his manifeste, quod supervacuis laboras impendiis, et tuos postmodum cognosces in vanum emisisse[7] labores.

Homo ait: Quod mihi benignum et svave praestitistis[8] responsum, multum in hoc vestra[9] probitas denotatur[10], quia vestrae[11] voluistis[11] naturae consulere, ac[12] vestra verba generi convenire. Nihil enim magis generosae personae potest congruere laudibus, quam si in[13] suis dictis dulci sermone[14] fruatur, et nulla videntur magis nobili contraire[15] generi et sanguinis nobilitati detrahere quam aspera et inurbana verba proferre. Quod autem dixistis[16], meam faciem vobis esse[17] cum genere manifestam, vehementer[18] admiror, quia vestram video in[19] hoc errare prudentiam, quum illis[20] videamini erratibus[21] assentire, qui[22]

---

[1]) maior.-quam *om.* *H* [2]) paris uel *C* [3]) *DZb*; quereret *T* querit *CF* [4]) et quae amatur *C* [5]) licenter *DE* sibi potest eligere am. *C* [6]) excepta *VEb* [7]) *V*; emisse *TZ* [8]) prestitisti *C* petisti *D* [9]) tua *C* [10]) demonstratur *C* [11]) tue uoluisti *C* [12]) et tua *C* uestraque *Zb* [13]) *B*; *om. ct.* [14]) facundia *F* facundia perfruatur *Zb* [15]) *DE*; contraria *T* contrarie *H* *om.* *C* incongrua *F* [16]) dixisti *C* [17]) *om.* *B* [18]) mihi uidetur ualde in hoc *C* [19]) plurimum in hoc *DF* plurimum *E* in hoc *om.* *Z* [20]) illarum *CZb* illorum *D* earum *F* [21]) *AZb*; errantibus *B* erroribus *V* [22]) *TDH*; in quarum curia *C* que *EFb*

morum[1] probitatem sine genere ac forma reiiciunt et formae venustatem[2] ac sanguinem generosum sine[3] omni probitate recipiunt. Quod quam[4] sit asserere grave ac[5] difficile, quamque narrare[6] absurdum, illa vos[7] edocet[8] ratio[9] manifesteque[10] irrefragabili ratione demonstrat[11], quae[12] dicit, quod ex bonis tantum moribus et hominis probitate ac curialitatis fomite[13] a primordio fuit orta nobilitas. Si homines igitur sola morum probitas nobilitatis[14] meruit[15] virtutibus[16] decorare ac generositatis assumere nomen, errorem praedictum penitus deponere curate[17], et sola morum probitas compellat vos[18] amare. Illud autem, quod de mercimoniis in contumeliam[19] est[20] mihi a vobis obiectum, si attentis mea curaveritis[21] verba auribus percipere, sine omni dubitatione[22] cognosce*tis*[23], nullo mihi posse de[24] iure nocere. Nam quod mercimoniorum[25] honorabilia[26] lucra[27] diligenter attendo[28], contendo[29]

---

1) mor. probitas nisi formam uel genus sibi habet amixtum reprobatur *C* 2) uenustas atque sanguinis generositas sine omn. pr. ammittuntur *C* 3) non admixta prob. *P* 4) quantum *B* 5) quamque absurdum atque narrare difficile *O* 6) *O*; nature *T* 7) tibi *C* nos *D* 8) demonstrabit *C* 9) *O*; oratio *T* 10) manifesta que *AP* manifeste que *BCG* 11) irr.-dem. *om. C* 12) que dicit *om. P* 13) stipite *C* cur. fom.-morum *om. B* 14) *om. B* 15) nouit *C* 16) virt.-ac *om. B* 17) *G*; cura *ADFb* uestra curat prudentia *B* hunc te errorem depellere cura *C* curante *E* curatis *H* 18) *BGH*; te *ct.* 19) contumelia *T* 20) uoluisti obicere *C* 21) curaueris *C* 22) sine dub. manifeste *C* 23) cognosceres *A* cognosceretis *B* cognosces *C* cognoscere poteritis *P* 24) *om. BO* 25) ad merc. *B* 26) *om. C* 27) lucris *C* 28) *BP*; *om. A* intento *C* 29) per hoc contendo *BDEF* in hoc meo inseruio generi *C*

proprio[1] generi deservire, quia talia studeo meis actibus exercere[2], quae[3] meae possunt naturae congruere. Et ex hoc murmura vulgi depellere curo[4], quod[5] dicere consvevit[5]: „Talia [6]quemque[7] facere decet, quae genus pariter cum[8] ordine quaerit[9]". Sed quod praedicta lucra improbe futuri[10] intuitu cumulare non[11] insisto, sed ea provide et largissime[12] suo loco et tempore aliis dispensare contendo, in hoc meam morum et[13] probitatis[14] nobilitatem defendo. Praeterea, si honestis et licitis non curem insistere lucris, obscura me detinebit inopia, et ideo nobilitatis opera exercere non potero, et sic mea morum nobilitas in solo et nudo verbo manebit, quae curialitas vel[15] nobilitas ab hominibus nullatenus credi consvevit. Immo si pauper et inops curialis[16] largitatis sermone utatur, in hunc sibi modum vulgares[17] illudunt: „Homo iste, quia[18] nulla[19] possidet, quae[19] valeat hominibus exhibere, largitatem se iactat habere plenariam. Sed si aliquid[20] possidet[21] in orbe, talem se debet[22] hominibus exhibere[23], qualem suum genus

---

[1]) *om.* *H* [2]) adimplere *P* [3]) que ad meam non possunt dissonare naturam *Db* que a mea non poss. diss. natura *FZ* [4]) depello *O* [5]) *AC*; que dic. consueuerant *B* loquitur enim talia uulgus *P* [6]) que alicuius generis pariter requirit et ordo ea omnia facere conuenit *C* [7]) quemquam *BH* [8]) et ordo *B* [9]) querunt *Bb* [10]) fut. questus *O* [11]) *om.* *B* [12]) largiflue *O* [13]) *om.* *H* [14]) probitatem et nobilitatem *H* [15]) vel. nob. *om.* *H* [16]) curiali et *CDE* curialitatis uel *F* curiali uel *H* curialitatis et *b* [17]) *O*; vulgares sibi *A* *om.* *B* [18]) qui *Eb* [19]) nichil quod *O* [20]) aliquis *B* [*fortasse scrib.*: aliquid quis] [21]) largiendum possideret *O* [22]) *om.* *O* [23]) exhiberet *O*

et natura permittit. De nulla enim possidentium bona ratione[1] procedit suam effuso sermone largitatem effundere". Sed et[2], si sufficientem substantiam mihi adesse obiicias[3], adhuc meo generi honesta lucra defendo[4]. Praeterea illud, quod dixisti[5], quia[6] quisque[7] intra sui generis saepta[8] debeat permanere et maioris ordinis amorem nullatenus postulare, diffiteri non possum. Sed si me morum probitatis cultura perlustrat[9], intra nobilitatis me credo moenia[10] constitutum et vera[11] generis coruscare virtute, et sic me morum probitas[12] intra nobilitatis ordinem facit esse repositum; et ideo nulla potest reputari praesumptio, si ex nobilitate mihi quaeram amorem[13] eligere; magis enim ex moribus quam ex sanguine deprehenditur cuiusque[14] nobilitas. Dixisti[15] etiam, quod, etsi meis te[16] possem verbis[17] allicere, ut meae voluntati condescenderes[18], cor tamen meum non esset tam grandia tolerare sufficiens. Sed stultus est ille miles, qui talia sibi quaerit arma ferenda, quae sui non possit corporis[19] tolerare compages, nullusque sibi eligat talem equum appetere, qui suis non valeat regi[20] vel gubernari virtutibus; tales enim

---

1) more *O* 2) *BC*; sed si et *A* sed si *P* 3) obiciatis *BH* 4) *add. O*: quia quanto plurimis habundo (habundabo *D*) diuitijs, tanto plures poterit mea largitas adiuuare *b* 5) dixistis *BH* 6) quod *BH* 7) absque *A* cuiusque *E* 8) septra *A* sceptra *BF* 9) perlustret *B* 10) munia *C* munimina *Z* 11) *O*; natura *A* naturam *B* 12) *om. H* 13) honorem *H* 14) cuiuscunque *B* 15) dixistis *BHb* 16) vos *BHb* 17) *om. A* allicere sermonibus *B* verbis all. *O* 18) condescenderetis *B* annueres *VE* abimeretis *H* annueritis *b* 19) corpus *A* 20) regi vel *om. B*

plebis sunt subiecti derisui. Concedo ergo, quia[1] valde sunt, quae postulo, grandia; si me igitur ad id, quod peto, percipiendum minus[2] sufficientem recogitas[3], id[4] concedat gratia tua[5], quod sine vulgi potest rumoribus exhiberi, et si me indignum omnino reperires[6], tuo[7] et cuiusvis[8] alterius me facias[9] patere derisui. Fiduciam tamen gero plenariam, quod illa eadem mei cordis magnanimitas[10] quae me cogit tam grandia petere, si[11] ea mihi concesserit tua[12] gratia, in perpetuum ipsa mihi parta[13] tuebitur. Sed nec obstare potest illud, quod de milvo et lacertiva mihi ave[14] dixisti[15]. Nam falcones, astures et[16] accipitres sola facit audacia caros. Videmus enim[17] quandoque falcones de genere levium[18] magnos fasianos et perdices sua detinere virtute; nam a cane non magno saepe tenetur[19] aper[20]. Et econtra multos aspicimus nobiles et marinos[21] falcones vilissimos pertimescere passeres et a lacertiva saepe ave[22] fugari. Si ergo milvus et lacertiva avis arditus[23] reperitur[24] et[25] audax et a suis degenerare parentibus, asturnina[26] et falconina est[27] dignus pertica[28]

---

1) quod *BH* 2) nimis *AH* minus *EFb* 3) recognoscatis *B* recogitatis *b* 4) id michi *B* 5) vestra *Bb* 6) reperiatis *B* repereris *CD* reperieris *F* reperis *Z* reperitis *b* 7) vestri *B* vestro *b* 8) cuiuslibet *BF* 9) faciatis *Bb* 10) magnimitatis *A* 11) sed *A* 12) vestra concess. *B om. H* 13) parata *D* per ea *H* 14) *om. H* 15) dixistis *BFb* 16) et acc. *om. H* 17) *om. Zb* 18) de-lev. *om. B* lenium *V* 19) detinetur *B* fasianos-magno *om. F* sepe timere *F* 20) aper *om. F* 21) magnos *D* maximos *H* 22) *om. A* fug. ave *B* aue fug. *O* 23) audax *BD* 24) reperiatur *B* 25) et aud. *om. BD* 26) astorinam (asturam *H*) et falconinam *ACFHb* 27) et *A* 28) perticam honorare *O*

honorari et militari[1] laeva deferri[2]. Si me igitur noveris[3] a[4] meis degenerare parentibus, non contumeliosa milvi appellatione vocandus reperior, sed honorabili[5] falconis vocabulo nuncupandus[6] exsisto. Nec tibi[7] vilescat apud quemcunque[8] reperta probitas, quum ex pungentibus rosas spinis colligimus ortas, et in vilis[9] materiae vasculo aurum repertum sua non possit pretiositate privari. Illud[10], quod dixi, neminem debere distinguere nisi, an sit sauciatus amore, qui petit amari, ex tua[11] manifeste responsione cognovi, te[12] non recte intellexisse; verbi enim generalitas tibi[13] induxit obscuritatem. Nam quod dixi, amantem non debere distinguere[14], ita[15] recipias[16], quia non debet, cuius postulatur amor, distinguere, utrum de nobili an de ignobili sit genere ortus, qui[17] petit amari, debet tantum distinguere, utrum bonis[18] moribus et an sit multa probitate decoratus[19]. Ergo bene illa sibi possunt verba locum vindicare: Amor quandoque inaequale pensum solet sua manu gestare. Sed quamvis verum sit, amorem quandoque inaequalia pondera ferre, eius[20] tamen non potest iniustitiae imputari; sufficit enim, si amor alterum amantium

---

1) militaria *A* 2) differri *A* 3) noueritis *Bb* 4) a-milvi *om.* *B* 5) honorabilis *ADH* 6) uocandus *O* 7) uobis *Bb* tibi-spinis *om.* *H* 8) quemquam *BD* 9) *CDZb*; uili *TF* 10) *TF*; illud autem *ct.* 11) vestra *B* 12) vos *Bb* 13) vobis *Bb* te nimiam *D* tibi nimiam *CFZ* 14) ***add.*** *C*: utrum bonis rutilet moribus 15) ita-utrum de *om.* *T* intelligitur an nobili vel *B* 16) recipiatis *b* 17) qui-amari *om.* *B* 18) bon. rutilet *O* 19) *AD*; decorus *ct.* 20) ei *Zb*

sui roris[1] pertingat afflatu et ex suae plenitudinis fonte[2] initia praestet[3] amandi. Nam altero amantium amoris sagitta pertacto[4] non immerito alter proprio servatur[5] arbitrio, ut, si ea fecerit, quae[6] bene placita inveniantur amori, magnis ab eo sit dignus honorari muneribus multisque in plebe laudibus efferendus[7], si vero[8] eius voluntati[9] contraria[10], contraria debet[11] munera ferre. Ideo ergo[12] amor in arbitrio posuit amantis, ut, quum amatur, et ipsa, si velit, amet, si vero[13] nolit, non[14] cogatur amare, quia maioribus[15] censetur meritis[15] dignus, qui bona sponte peregit, quam qui ea[16] coactus exercuit[17]. Et hoc ad instar coelestis regis creditur esse indultum[18], qui boni et mali percepta notitia quemque hominum[19] proprio relinquit[20] arbitrio, bene quidem agentibus ineffabilia praemia pollicendo, mala vero operantibus[21] poenas intolerabiles comminando. Debet ergo mulier diligenti animo investigare, an sit dignus amari[22], qui petit amari, et, si ipsum dignum omnino invenerit, nullatenus eum suo debet amore frustrare, nisi forte sit alterius

---

1) *TCFb*; odoris *D* sue rationis *H* muneris [?] *E* [*fortasse scribendum*: oris] 2) *TZb*; fomite *VG* 3) *VEb*; prestat *TH* 4) pertracto *T* peracto *D* 5) reseruatur *CFZb* 6) que amori sunt bene placita *Eb* que amori sunt placita *H* 7) offerendus *A* inferendus *H* 8) vero non *B* 9) *O*; vol.-contr. *om.* *T* 10) gerat contraria *CFZb* contr. peregit *D* contr. peregerit *F* 11) debent *CD* 12) ergo hoc *B* 13) non velit *H* 14) *om.* *B* 15) maioribus . . . premijs *B* maiori , . . honore *H* 16) *om.* *H* 17) adimpleuit *Eb* impleuit *H* 18) concessum *D* 19) *om.* *Zb* 20) relinquat *H* 21) perpetrantibus *Zb* 22) amore *EF* amori *H*

amore ligata. Si alterius igitur non es[1] obligata amori[2], nulla te[3] poterit ratio excusare.

Mulier ait: Tanta tuos niteris errores[4] tueri facundia, quod non esset mihi facile tuis supervacuis[5] respondere sermonibus. Quosdam tamen ex eis mea curabo ratione comprimere[6]. Si enim, prout asseris, sola morum probitas amoris invenitur[7] digna muneribus et nobilem facit hominem reputari[8], superfluo antiquitus nobilitatis fuit ordo repertus et tam[9] aperta distinctione[10] discretus, quum manifestum erat, omnem hominem moribus et probitate fulgentem[11] nobilem fore[12] vocandum. Et sic nos[13] oportet instanter asserere, nobilitatis ordinis institutores[14] suos in vanum emisisse[15] labores, quod quam sit absurdum, probare non insisto. Ideoque firmiter assero, neminem sui ordinis debere[16] metas excedere, sed intra[17] suum ordinem quemque probum alicuius probae feminae amorem perquirere [et[18] mediocris personae mediocrem[19] postulare amorem], et sic cuiusque intemeratus ordo servabitur, et sui laboris[20] quisque remuneratus abibit. Ad hoc quod tuo[21] congruentia ordini et honesta exerces mercimonia, meo sermone non arguo, sed quia mercimoniis intendens

---

[1]) estis obl. *B* obligaris *V* ligaris *E* obligatis *H* obligamini *b* [2]) amoris *A* [3]) vos *Bb* [4]) sermones *D* [5]) *om.* *Z* [6]) exprimere *H* [7]) est munere digna *Hb* [8]) deputari *Hb* [9]) tanta *H* [10]) ratione *Zb* [11]) fulgendum *Hb* [12]) esse *Zb* [13]) vos *Z* [14]) *BV*; institutiones *A* inuentores *Zb* [15]) emisse *BE* [16]) *om.* *H* [17]) *om.* *H* [18]) et-amorem *om.* *B* [19]) *F*; *om.* *ADZb* Inmediocris pers. *C* mediocris pers. mediocrem *F* [20]) laboribus *B* amoris *EF* [21]) tua *A*

nobilem tibi quaeris amicam, quod[1] inconcinna res est et amara valde tristisque plena eventus. Quod autem mercimonii[2] lucra effluenter largiaris[3], hoc te facit[4] tui ordinis feminae amore dignissimum[5]. Praeterea, licet[6] falco a lacertiva ave quandoque fugetur, nihilominus[7] falco inter falcones et lacertiva avis inter lacertivas computabitur[8] aves; ille tamen vilis falco, ista vero optima lacertiva vocabitur avis. Sic et tua te[9] probitas non in nobilium facit[10] ordine stare, sed bonum te svadet vocari plebeium et bonae dignum amore plebeiae. Apparet igitur et est manifestum: Et[11], si nullius sim amoris vinculo colligata, tu tamen quasi alienigena indignus meo[12] reperiris amore[13].

Homo ait: Quamvis nolim tuos[14] sermones arguere, nulla tamen possum ratione videre, si plebeius nobilem in probitate[15] transscendat, quare ipsum non debeat in suscipiendis superare muneribus, quum[16] ab eodem Adam stipite derivemur[17].

Mulier ait: Melius[18] in mensa regia[19] sedet aurum quam in pauperis domo vel rusticano tugurio, et longe honorabilius trotonerius[20] et macer equitatur equus quam pinguis valde et optimæ et

---

[1]) quod absurdum est ualdeque res amara et incontinua *B* [2]) mercimonia *A* mercimonialia *B* [3]) largiris *H* [4]) facis *D* [5]) dignum optime *B* [6]) *om. H* [7]) nichilom.-tamen *P* [8]) *O*; computabuntur *A* computabatur *B* [9]) *om. H* [10]) te facit *A* [11]) quod et *B* [12]) *om. H* [13]) amoris *H* [14]) vestros nolim *Bb* [15]) in probitatem *TZCD* [16]) cum omnes *O* [17]) omnes derivemur *B* deriuetur *H* [18]) honestius *B* [19]) egregia *A* aurea *H* [20]) trotonerius *ACEF* trotonarius *DH* trot. et *om. B*

svavis ambulaturae[1] asinus. A tuis ergo resipisce[2] erroribus et aliis haec sumenda relinque[3].

Homo ait: Quamvis tuus[4] me sermo depellat, quam diu tamen vixero, a tui[5] amoris proposito non recedam, quia, etsi meae cogitationis fructum non[6] sim percepturus, spes tamen sola, quam ex mei[7] ipsius cordis mera liberalitate[8] assumpsi, meum faciet corpus tranquillam[9] ducere vitam, et subsequenter[10] forte Deus mei[11] doloris[11] tuae[12] menti[13] inseret[14] remedium.

Mulier ait: Tuo Deus labori digna praemia ferat.

Homo ait: Hoc solum verbum mihi spem indicat fructuosam, sed et ego Deum rogo, ut semper tibi[15] sit meae cura[16] salutis, et mea vela[17] quietis portum inveniant.

C. Loquitur[18] plebeius nobiliori feminae.

Si plebeius nobilioris quaerat amori coniungi, multa[19] ipsum oportet nobilitate gaudere. Nam

---

[1]) ambulantem *E* ambulans *Hb* [2]) *Vb*; aspice *T* respice *Z* [3]) relinquas *H* [4]) uestro *B* vester *b* [5]) vestri *Bb* [6]) nullatenus *O* [7]) *Vb*; mea *Z* extraney *A* *om.* *B* [8]) *VE*; libertate *THb* [9]) tranquillem *T* [10]) sequenter *B* consequenter *O* [11]) *om.* *B* [12]) vestre *Bb* [13]) mentis *A* [14]) ins. forte *A* [15]) vobis *Bb* [16]) cure *ACDE* [17]) uel *A* [18]) *om.* *C* Incipit tertius tractatus acquirendi amoris continens sicut vir plebeius [*deest alqd.*] cum nobiliori muliere et sic ait *A*; Si plebeius nobilioris mulieris querat amorem hoc modo procedat *B;* Cap. quintum in quo loquitur plebeius nobiliori femine *D*; Loquitur plebeius nobiliori *E* De plebeio qui sibi querit nobilioris amoris *F*; Qualiter plebeius nobili femine debeat loqui *G*; De amore plebei viri cum nobiliori femina *H*; Qualiter plebeius debet loqui nobiliori mulieri *b* [19]) multum *H*

ut[1] plebeius nobilioris feminae dignus inveniatur amore, innumerabilibus oportet eum bonis[2] abundare, convenitque[3], ut infinita ipsum benefacta extollant. Verecundum namque nimis nobili[4] videtur[5] mulieri exsistere et in eius plurimum contumeliam redundare, si inferioris ordinis sibi[6] deposcat amorem, superiori et medio praetermissis ordinibus, nisi morum probitas supereffluente[7] valeat penso nobilitatis[8] compensationem inducere. Nec enim apud quoscunque prudentes verisimile potest videri in inferiori hominum[9] ordine probos[10] reperiri[11] et bonos et tam alti generis dignos amore, et in duobus superioribus neminem dignum[12] reperiri ordinibus, sed omnes tanquam reprobos propulsari. Et[13] hoc generalis tradit tibi regula[14] logicorum[15], quae dicit[16]: Si, quod magis videtur inesse, non[17] inest[18], nec, quod minus creditur adesse[19]. Multa ergo nobilitate[20] debet nobiles omnes et nobiliores plebeius excedere, ut a nobiliori femina mereatur amari. Nam et, quantumcunque[21] probus[22] ex plebe aliquis inveniatur, absonum videtur nimis, et inter ipsos vulgares pro maximo reputatur occasu atque descensu, si comitissa vel

---

[1]) *O*; ut si *T* [2]) bonis moribus *BO* [3]) conv.-extoll. *om. B* [4]) nobiliori *B* [5]) videretur *B* [6]) *om. B* [7]) superaffluente *T* supereffluente *C* supereffluentem *DF* superfluentem *Eb* superfluente *H* [8]) nobili *Z* [9]) *om. H* [10]) tam pr. *B* [11]) inveniri *H* [12]) *om. B* [13]) veluti generalis *B* [14]) quedam reg. *B* [15]) log. que *om. B* laicorum *CHb* [16]) dicens *B* [17]) et non *A* [18]) inerit *F* aderit *CDZb* [19]) inesse *B* adesse adest *DG* adesse aderit *H* [20]) probitate *O* [21]) qualiscumque *B* [22]) *om. B*

marchionissa vel[1] aequalis vel maioris ordinis femina suo plebeium adnectat amori. Prima namque facie praesumitur[2] exinde[3] nimia voluptatis abundantia, quam per omnia reprobandam[4] infra demonstrabimus, nisi publica de plebeio[5] probitatis fama praedictam[6] auferat suspicionem[7]. Quid ergo? Numquid non decet[8], nobilioris mulierem[9] ordinis suum plebeio largiri amorem, si eum per omnia studiosum[10] invenerit? Respondeo[11]: Si in superioribus quis[12] dignior vel aeque dignus reperiatur[13] ordinibus, ille potius est in amore quaerendus; si vero nullus in eis[14] inveniatur[15] ordinibus, non est abiiciendus plebeius. Multis tamen oportet experimentis examinari eius constantiam, antequam spem[16] amoris consequi mereatur largitam[17]. Nam quod ultra cuiusque noscitur pervenire[18] naturam, modica solet aura[19] dissolvi et brevi momento durare. Nam inter lacertivas fertur aves nasci quandoque quasdam, quae sua virtute[20] vel ferocitate perdices capiunt; sed, quia istud ultra ipsarum[21] noscitur pervenire[22] naturam, fertur[23], quod in eis nisi[24] usque ad[25] annum ab earum[26] computandum

---

[1]) uel alia *O* [2]) ex hoc presum. *B* [3]) *om. B* inde *H* [4]) reprobanda *AD* [5]) publ. nimie prob. *B* [6]) plebeyo *B* [7]) susp. predictam *B* [8]) deceat *B* deceret *H* debet *VEb* [9]) *B*; mulieris *A* femina *Zb* mulier *VG* [10]) stud. et probum *O* (pro bono *H*) [11]) *om. A* [12]) aliquis *H* [13]) inuenitur *Z* inueniatur *CDb* [14]) *add. O*: eque dignus [15]) *FG*; inuenitur *ACZb* reperiatur *B* reperitur *D* [16]) spei *O* [17]) largiendam *B* largitatem *O* [18]) prouenire *VEb* [19]) turbatione *B* [20]) uirt. ac *B* sua capiunt ferocitate *O* [21]) *om. H* [22]) *TGHb*; provenire *VE* [23]) dicitur *B* [24]) *om. BH* [25]) ab *A* [26]) eorum *AZ*

nativitate haec non possit durare ferocitas. Post multam ergo probationem, si dignus inveniatur, eligi[1] in amore potest a nobiliori muliere plebeius, et eisdem[2] omnibus possunt ad invicem inter[3] se uti faminibus, quae supra in plebeii et nobilis mulieris[4] sunt dicta colloquio. Potest etiam hoc alio[5] uti sermone plebeius:

Vestrae personae multum[6] insistere laudibus nullatenus expedire videtur; per[7] diversas namque mundi partes vestra probitas resonat atque venustas. Praeterea callidi videntur blandimenti obtinere commentum laudes in aspectu laudati[8] prolatae[9]. Est igitur meum ad praesens propositum et principalis intentio, quae me ad vos venire svasit, me[10] et mea vobis offerre servitia vobisque supplicare attente, ut ea dignetur suscipere gratia vestra, coelestemque obsecro Deum, ut ea ex gratia sua[11] mihi facere largiatur, quae vestrae per omnia sint[12] placita[13] voluntati. [Firma namque[14] in meo corde et stabilita conceptio[15] est[16], nedum[17] vobis[18] sed pro vobis obsequia omnibus exhibere et humili animo placitoque[19] servire[20]. Spem namque gero plenariam, quod nunquam apud vos permanere posset meus[21] [animus][22] sine

---

[1]) eligi amator potest *B* [2]) eiusdem *ACH* [3]) inter se *om. B* [4]) *om. D* [5]) hec alia *A* [6]) *om. CH* [7]) *om. A* [8]) laudare *BH* [9]) prolati *H* [10]) me ac *B om. O* [11]) *om. H* [12]) sunt *A* [13]) *om. T* beneplacita *H* [14]) namque et *A* nam *B* namque etiam *C* namque est *P* [15]) conceptione *B* [16]) *om. BO* [17]) dum *D* mundum *H* ne dum *ct.* [18]) *om. H* [19]) *TGb*; placatoque *VZ* [20]) servire intendo *B* [21]) mei *B* [22]) animi *B om. O*

fructus[1] dulcedine labor. Si[2] mea namque[3] inveniretur[4] infructifera sollicitudo[5], post multas me oporteret fluctuationes atque procellas mortis subire[6] naufragium[7], nisi forte spe[8] meus animus quamvis fallaci regatur. Nam spes sola, quamvis animo sit indulta fallenti[9] sustentationis mihi posset[10] ancoram conservare illaesam.

Mulier ait: Nec tua nec cuiusque[11] alterius meus disposuit animus obsequia recusare vel susceptis decentibus[12] non respondere muneribus. Qui enim servitia recusat oblata[13] recipere, offerentem nimio rubore conturbat[14] et se ipsum indicat avaritiae vitio contineri. Qui ergo aliis libenter sua largitur obsequia, non incompetenter ab aliis oblata[15] recipit[16] beneficia. Tu tamen aliorsum tendis, et aliud venari videris, quam sis capere dignus; nam ut tui videntur indicare sermones, a me petis amari. Ego autem amare fugio[17], maxime hominem tertio mihi gradu inferiorem constitutum, licet infinita sis[18] alias probitate decoratus. Sed dicis, solam mei spem concessam amoris tibi sufficere ad mortis[19] evitanda pericula; ego autem[20] in hunc tibi modum respondeo: Dico[21] enim, quod ex eo solo, quod me fraudis dicis[22] et mendacii

---

1) *om.* *H* 2) Si uero *B* Sed si *H* 3) *om.* *B* 4) reperiretur *B* inueniatur *H* 5) meam infructiferam sollicitudinem *A* 6) *O*; subicere *A* subiacere *B* 7) naufragijs *B* 8) *om.* *H* 9) fallendi *O* 10) possent *A* 11) cuiuscumque *C* 12) dantibus *H* 13) collata accipere *H* 14) perturbat *FZ* 15) illata *H* 16) *CDEb*; recepit *TH* recipere seruicia promeretur *F* 17) aufugio *O* 18) sit *V* 19) amoris *A* 20) *om.* *Z* 21) Dico en. *om.* *B* 22) et doces *C* edoces *P*

habere calliditatem, ostendis[1] te eiusdem erroris contagio[2] maculari et aliud in corde retinere[3] conceptum aliudque fallaci lingua proferre. Merito ergo es ab amoris gremio repellendus, quia varii et mendaces intra[4] palatii amoris solium[5] introire non debent[6]. Praeterea mihi svadere videris, ut propriam curem negligere famam, quod est[7] priore[8] deterius. Nihil enim nobili est probrosius[9] mulieri[10] quam de se ipsa non † exspectare[11] promissa et[12] spem frustrare largitam suoque sermone fallere gentem[13]. Hoc[14] videtur illis mulieribus convenire, quae meretricio more versantur[15], et quae muneris gratia amoris nituntur mandata subvertere et[16] ob lucrum eius[17] dehonestare militiam. Tuum ergo non videtur sanum[18] consilium, postquam[19] ex eo tot imminent[20] pericula graviora[21].

Homo ait: Fateor, quod amari posco[22], quia dulcior, quam sit in orbe vita, est in amore vivere. Sed verba vestra manifeste demonstrant, quod me recusatis amare et[23] hoc propter inferioris[24]

---

[1]) eodem te ost. errore *B* [2]) *O*; *om. T* [3]) continere *H* [4]) *om. B* [5]) *O*; solum *A* portam *B* [6]) *add. OG*: ymo et si minus prouide intromissi (admissi *Zb*) reperiantur tanquam indigni procul eliminari merentur [7]) *BO*; enim *A* [8]) *BO*; pure *A* [9]) obprobrius *D* est prob. *om. B* [10]) mul. opprobrius esse cognoscitur *B* [11]) quam-promissa *om. B* expectare *AO* spectare *I* [12]) quam sp. alicui frustr. larg. et propria ipsius promissa non curare *B* [13]) gementem *H* [14]) hoc namque *B* hoc enim *O* [15]) vers.-quae *om. H* [16]) *V*; et eorum lucr. *A* ac ob eorum lucr. *B* et obtentu lucri *Zb* [17]) *O*; *om. A* amoris *B* [18]) sanum esse *B* [19]) cum *BF* [20]) *B*; inuenient *A* eminent *O* [21]) grauia *B* [22]) deposco *O* [23]) et hoc *om. B* [24]) vilioris *H*

ordinis[1] vilitatem[2], quamvis in multa constituar probitate. Quibus ego[3] sic respondeo, quia meum genus in mea non potuit persona propriis[4] finibus contineri, instinctu[5] quidem istud cooperante naturae. Quum ergo natura ipsa noluit[6] mihi certos ordinis terminos stabiliri[7] nec sublimiorum[8] ordinum mihi voluit claudere fores[9], si[10] morum non obstet[11] improbitas, unde vos mihi praesumitis certos praefingere[12] fines et[13] ordinum me iugo subiicere[14]? Nam antiquitus illa ordinum reperta distinctio non nisi illis fuit imposita solis[15], qui praetaxato sibi ordine reperiuntur[16] indigni, vel qui proprium ordinem[17] servant, maiori vero[18] digni nullatenus inveniuntur[19]. Et hoc ad eius assero similitudinem, quod in theologica[20] invenitur exaratum scriptura, quae[21] dicit, legem non esse positam iusto sed peccare volentibus[22]. Praedicta ergo ordinis antiqua distinctio non prohibet me in quorumlibet maiorum militiam[23] numerari vel maioris ordinis praemia postulare, dum tamen nihil possit aliquis[24] meis iuste obiicere moribus. Praeterea, quod asserui, spem quamvis ingeniose

---

[1]) hominis *Zb* [2]) utilitatem *B* [3]) *om.* *FZb* [4]) sub propr. *B* [5]) statu *H* [6]) voluit *FHb* [7]) alicuius ponere *B* stabilire *O* [8]) *DEb*; sublimorum *TCH* [9]) *BVZ*; fines *Ab* [10]) si-improb. *om.* *B* [11]) obstat *DH* [12]) prefigere *CFZb* [13]) et ordinis me certi *B* et *om.* *H* [14]) subnectere *CDZ* summittere *Fb*; *add.* *B*: Si morum non obstet improbitas [15]) solum *BE* [16]) reperiebantur *B* [17]) seruabant ordinem *B* [18]) numero *A* [19]) inueniebantur *B* reperiuntur *H* [20]) theologia *AD* [21]) dicens *B* [22]) volenti *B* [23]) militia *VEb* [24]) *om.* *B*

largitam mihi sufficere ad causam mortis declinandam[1], non istud enarravi, quasi vestrae volens[2] gloriosae famae detrahere[3] vel quod ullius[4] contra vos sim fraudis maculae conscius, sed ut vobis aperta ratione monstrarem[5], quanta vobis affectione adnector[6], quantumque carum haberem vestrum ad plenum mihi tributum amorem, ut mei vobis amoris nota immensitate sic saltem vestrum facilius animum inclinetis[7].

Mulier ait: Quamvis probitas possit nobilitare plebeium, ei tamen ordinem mutare[8] non potest, ut plebeius procer efficiatur sive vavassor[9], nisi per principis ei forsan potentia tribuatur, qui potest quibuslibet[10] bonis[11] moribus nobilitatem adiungere. Merito ergo tibi denegatur ad amorem comitissae processus[12]. Praeterea spes te nimium comitissae decepit, quum audacter[13] falsa in eius non erubuisti aspectu proferre. Nam in numero te contendis[14] militantium[15] nominare[16], et in te multa ad militandum nociva et contraria cerno. Quum enim milites ex sua[17] natura subtiles[18] debeant suras[19] habere atque prolixas[20] modicumque pedem quasi[21] artificio quodam per singulas

---

1) deuitandam *E* euitandam *Hb* 2) *om. H* 3) *O*; deterere *A* deteriorare *B* 4) nullius *CZ* 5) monstratur *A* 6) adnectar *BHb* 7) inclinaretis *B* 8) *om. C* 9) *DE*; uaruasor *C* ualuasor *TFb* 10) cuiuslibet *B* 11) hominis *H* 12) accessus *B* 13) *B*; audaciter *A* euidenter *O* 14) contendis ponere *B* contempnis *H* 15) *O*; nobilitantium *T* 16) *om. B* 17) sui *O* 18) subtilia *H* manus graciles *b* 19) *om. Ab* crura *H* 20) prolixa *H* 21) et quasi *VE om. H*

dimensiones[1] inaequaliter[2] pertractum, tuas[3] in contrario[4] suras[5] aspicio[6] grossas[7] rotundeque[8] intensas[9] brevique tractu finiri[10] pedesve[11] prolixos[12] per singulas dimensiones equaliter ėt[13] in[14] immensum protractos[15].

Homo ait: Si propter suos mores et probitatem aliquis plebeius dignus a principe nobilitari inveniatur, cur nobili[16] non dignus sit amore, non video. Nam quum[17] sola probitas faciat[18] hominem dignum nobilitari, et sola nobilitas nobili[19] reperiatur[20] digna amore, merito sola probitas nobilis amoris est digna corona. Sed id, quod de[21] intenso et remisso mihi crure opposuistis[22] ac pede prolixo, non multum de ratione procedit. Fertur etenim, quendam in Italiae finibus degere[23] comitem habentem subtilia[24] crura et ab optimis parentibus derivatum[25] et[26] in sacro palatio clarissima dignitate pollentibus[27], omnique decoris[28] specie coruscantem[29], cunctisque fertur abundare rerum divitiis, omni tamen probitate, ut dicitur, destitutus

---

1) demonstrationes *A* 2) equaliter *BZ* 3) tua *H* 4) in contrarium *O* 5) crura *H* 6) intensas conspicio *B* 7) *Eb*; *om.* *B* grossa *H* crossas *AV* 8) rotondas *B* rotundaque *H* 9) *om.* *B* immensas *D* immensa *H* 10) facta *H* 11) pedesque *FI* 12) prol. et *VZ* 13) *om:* *BO* 14) in imm. *om.* *BF* in mensum *Z* 15) *VEb*; pertractos *TH* 16) nobilium *TC* nobilis *b* 17) *om.* *B* 18) *CDb*; facit *TZF* 19) nobili-probitas *om.* *B* 20) *om.* *A* 21) *om.* *A* 22) opposuisti *CD* 23) *AEF*; regere *B* degerere *C* de genere esse *D* de genere *Hb* 24) crura subt. valde *CDZ* 25) ortum *B* 26) et-pollent. *om.* *B* 27) pollentem *D* 28) decori *A* 29) *BG*; coruscantur *A* coruscatur *CFH* choruscatum *D* coruscum *E* coruscari *b*

est[1], omnesque ipsum boni mores ornare verentur, pravique omnes dicuntur in eo domicilium invenisse Et econtra[2]: Rex est in Ungaria intensa plurimum habens crura simulque rotunda prolixosque[3] et aequales[4] pedes et omnibus fere decoribus[5] destitutus. Quia tamen nimia morum invenitur probitate fulgere, regalis[6] coronae meruit accipere[7] gloriam et per universum paene mundum resonant[8] eius praeconia[9] laudis. Non ergo, qualia sint mihi pedes vel crura, debetis[10] inspicere, sed quibus[11] sim moribus indutus[12], qualisque propriis constituar actibus. Non enim, quantum sit quisque formosus, sed quantum ex propriis mereatur[13] meritis[14], in percipiendis est inspiciendum muneribus. Non ergo suras[15] sed mores[16] discatis obiicere, quia suras[17] obiiciendo divinam videmini naturam contemnere.

Mulier ait: Rationabili videris te tuitione[18] defendere; sed quae te benefacta glorificent, quae[19] te probitas eorum, quae postulas, dignum impetratione constituat[20], nullius relatione percepi. Qui enim alicuius probitatis feminae maxime nobilioris ordinis exposcit amorem, multa ipsum debet at-

---

[1]) *om.* *AE* est prob. destit. *VH* et prob. destit. *E* [2]) quare cuncta de ipso silet honoris fama Et econtra *B* [3]) prolixos *BFZ* [4]) inequales *FG* [5]) omni fere decoris *O* [6]) *om.* *A* [7]) suscipere *O* [8]) *VEb*; resonat *AB* resonabat *H* [9]) *O*; potentia *T* [10]) debes *A* [11]) qualibus *B* [12]) *CEF*; inductus *TH* imbutus *D* [13]) *F*; meretur *ct.* [14]) actibus *H* [15]) suris *F* forme *CDZb* [16]) moribus *O* [17]) forme *O* [18]) *TF*; ratione *CDZb* [19]) queue *CD* queve probitas *H* [20]) *BF*; constituant *ACDEb* constituas *H*

tollere fama, et eum oportet omni curialitate muniri[1]; de te quippe[2] omnis sublimis videtur fama silere. Ea igitur tuis in[3] primo studeas actibus exercere, ut[4], quae petis, sint digna muneribus, ut[5] tua nimis[6] postulatio improba[7] non[8] iudicetur.

Homo ait: Vestris omnimoda videtur urbanitas[9] contineri sermonibus, quibus tam evidenter curatis in cunctis mihi laudabilibus actibus svadere. Ideoque[10] quum videam, vos omnino in amoris arte instructam[11], vestram in amore deposco doctrinam, ut me scilicet docere dignetur gratia vestra, quae sint[12] ea, quae exiguntur in amore praecipua, id est, quae[13] constituant hominem amore dignissimum, quia, quum instructus fuero, nullius me poterit erroris obumbrare[14] defensio vel occasio excusare. Quum enim omnis ex amoris rivuli[15] plenitudine[16] procedat urbanitas, eoque[17] magistro[18] omni benefacto[19] praestetur initium, omnisque exitus bonitatis peragatur[20], et usque modo[21] expers[22] sim[23] et ignarus amoris inventus, non est mirandum, si ab eius inveniar[24] alienus effectu et eius instanter petam praecepta doceri, quia quod quis

---

[1]) fulgere *B* [2]) *O*; qui proprie *A* quidem *B* [3]) *om. O* [4]) que petitis *O* [5]) et *I* [6]) minus *BO* [7]) proba *B* [8]) *om. O* [9]) *om. BF* [10]) igitur *B* [11]) instructas *C* [12]) *O*; sunt *T* [13]) que facta *CDZb* [14]) erroris occasio obumbrare uel excusare *B* obumbr.-vel *om. D* [15]) *O*; rivulis *A om. B* [16]) plen. fontis *B* [17]) eamque *A* et ex ea *B* eaque *Hb* [18]) *om. B* magistra *b* [19]) omni pro benefacto *A* omnibus benefaciendo *B* omni benefacto *CH* omni beneficio *D* benefacto *EF* [20]) ab ipsa trahatur *B* [21]) meo *D* [22]) expertus *A* [23]) sum *VEb* (siue [?] *D*) [24]) inueniatur *CH*

toto mentis scire cupit affectu, improba solet petitione deposcere avidaque mente suscipere.

Mulier ait: Ordinem videris et cursum turbare naturae, quod primo petis amari, et[1] ipse postmodum probas te modis[2] omnibus indignum amari, quum velut indoctus in amoris petis[3] disciplina doceri. Quia tamen turpe nimis videtur exemplum[4] et ab avaritiae[5] stimulis derivari, si minus eruditis, quum postulant edoceri, sua periti documenta negarent, nostrae[6] siquidem doctrinae mereberis largitatem. Et si nostra[7] curaveris diligenter verba percipere, super eo, quod postulas, edoctus abibis[8].

Qui vult ergo dignus haberi[9] in amoris exercitu militare, nulla ipsum convenit avaritia detineri, sed nimia largitate pollere, largitatem quippe omnibus porrigere debet, quibus potest. Et, quum viderit, esse necessarium, maxime nobilibus et probitate decoratis[10], et ubi perpenderit[11], suam[12] opportunam esse alicui largitatem, non debet exspectare petitoris[13] instantiam. Nam res cuiuscunque concessa petitione[14] cara videtur emptione

---

1) et-amari *om.* *T* et ipsum *D* 2) non esse amandum *Z* 3) *om.* *A* 4) exemplo *O* 5) auaritia turpissima deriuari *Zb* 6) quia propter nostre siquidem *B* mee doctr. *H* nostre doctr. *VEb* 7) nostra quidem *B* mea *CZb* 8) *add.* *D:* hic incipit doctrina curialitatis; *H*: Qualiter se debet continere volens in amoris exercitu militare; *b*: Hic notatur quid debeat observari ab eo qui vult in amoris exercitu militare 9) *om.* *A* 10) decoris *O* 11) uiderit *Zb* 12) quod sua fuerit largitas oportuna *Z* (largitas fuerit *H* 13) petitionis *O* 14) ad cuiuscumque concessa petitionem *BO*

quaesita. Sed si instans largiendae[1] rei ita[2] non valeat ab ipso opportunitas deprehendi, rem opportunam[3] petenti[4] tam gratanti deferat[5] animo, ut gratius in suo corde acceptiusque[6] residere[7] appareat[8], rem amico esse largitam, quam si eiusdem rei[9] possessioni accumberet[10]. Sed et, si viderit pauperes[11] esurire et eis alimenta praestiterit, magna curialitas atque largitas reputatur. Sed[12] si dominum habet, debitam ei debet reverentiam praestare[13]. Et Deum vel sanctos suos nullo[14] debet blasphemare sermone; humilem[15] se debet omnibus exhibere[16] et cunctis servire paratus adesse[17]. Hominum nulli debet suis dictis detrahere, quia maledici[18] intra[19] curialitatis non possunt limina permanere. Malos non debet suo laudare mendacio, secretis tamen eos debet, si potest, correptionibus emendare. Sed et, si incorrigibiles[20] omnino eos[21] notaverit[22] permanere, tanquam contumaces[23] eos expedit a suo comitatu depellere, ne erroris[24] merito valeat fautor et socius deputari[25]. Nullarum maxime miserabilium personarum debet[26] illusor exsistere, litigiosus vel

---

1) largiendi *AC* largiente *H* 2) *om.* *O* 3) *om.* *H* 4) petendi *CH* 5) defecerit *A* deserat *O* 6) accept. in suo corde gratiusque *B* grat. et accept. in suo corde *Zb* 7) *om.* *B* 8) videatur *Zb* 9) *om.* *Zb* 10) *add.* *A*: ire [?]; *B*: accumbere videretur 11) Christi viderit paup. *CDZb* paup. *om.* *F* 12) *om.* *CZb* sed et si *D* 13) exhibere *O* 14) nullo modo *BDF* 15) humilem-detrahere *om.* *Z* 16) existere *A* 17) *om.* *Bb* 18) *O*; maledicti *T* 19) inter *BD* 20) *BZb*; incorrigibilem *AV* 21) *BZb*; eum *AV* 22) *B*; notuerit *A* nouerit *O* 23) *BZb*; contumacem eum *AV* 24) errantis *B* 25) reputari *Db* 26) deberet *A* eum decet *VEb* decet *H* Nullarum-exsistere *om.* *B*

ad rixas faciendas[1] promptus[2] esse non debet, sed, prout[3] possibile est, iurgiorum ipsum convenit sedatorem exsistere. Modico risu in mulierum[4] utatur aspectu, quia iuxta Salomonis eloquium stultitiam videtur[5] risus nimius indicare, et stultos quidem omnes vel minus sapientes viros[6] astutae consverunt mulieres[7] abiicere atque contemnere[8] pulchreve satis eludere[9]. In amoris namque gubernatione prudentia grandis exigitur, et omnium in ea requiritur[10] industria artium. Magnatum debet coetum[11] frequentare magnasque[12] curias visitare. Moderate debet taxillorum deservire ministeriis[13]. Magna debet antiquorum libenter gesta recolere atque asserere. Animosus debet esse in proelio et contra inimicos arditus[14], sapiens, cautus et ingeniosus. Plurium[15] non debet simul mulierum esse amator[16], sed pro[17] una omnium debet feminarum servitor[18] exsistere atque devotus. Corporis[19] cultui moderate debet insistere et sapientem atque tractabilem et svavem[20] se omnibus demonstrare, licet quidam credant[21], se plurimum mulieri[22] complacere[23], si stulta[24] quasi vesana

[1]) *om.* *BZb* [2]) pronus *BO* [3]) prout sibi videatur esse possibile *Zb* [4]) mulieris *BEb* [5]) creditur *Zb* [6]) docte mulieres et *B* [7]) *om.* *B* [8]) contempnendo pulcre *Zb* [9]) illudere *BD* [10]) *om.* *B* postulatur *Zb* [11]) *om.* *H* [12]) comitias et magnas *H* [13]) misteriis *ADb* [14]) *om.* *D* ard. et audax *H* [15]) plurimum *Ab* [16]) amator haberi *O* [17]) pro una *om.* *T* [*signum ommissionis in A*] [18]) sed tamen pro una femina omnibus aliis feminis debet seruire libenter atque deuotus existere *Zb* [19]) corp.-insistere *om.* *D* [20]) et svavem *om.* *B* [21]) exerceant *A* estimant *B* statim statui credant *H* fatui credant *ct.* [22]) mulieribus *B* [23]) placere *O* [24]) stulta et *O*

proferant verba suisque se[1] valeant gestibus hominibus[2] demonstrare[3] dementes[4]. Praeterea mendacibus[5] non debet uti[6] faminibus; sed et cavere debet, ne nimis effuso sermone utatur[7] vel nimio[10] teneatur silentio. Item neminem debet veloci et repenti promissione ditare, quia reddere tardus erit hilaris [enim[9]] promissor, et audax ad promissa parum credulitatis habet. Si probus aliquis in eum suam conferre largitatem[10] cupiat, hilari eam debet suscipere facie et nullo modo recusare, nisi forte largitor eam[11] sibi credebat opportunam, quum[12] non esset. Tunc enim taliter[13] recusare potest: Res ista quum ad praesens mihi non sit opportuna[14], eam donatam habeo, vobisque relinquo, ut, quantum[15] placuerit, ipsam meo nomine servetis[16]. — Sed et turpia verba suo non debet ore proferre, gravia delicta et maxime notoria[17] debet evitare. Neminem debet falsa promissione frustrare[18], quia pollicitis dives quilibet esse potest. Si quis eum falsa promissione deceperit vel minus[19] erga eum curialis exstiterit[20], non debet ipsum suo dehonestare sermone, sed econtra bona sibi retribuat et in cunctis praestet obsequia, et sic prudenter eum coget suam agnoscere

---

[1]) et *A om. BO* [2]) se hom. *BO* (omnibus *b*) [3]) ostendere *H* [4]) *om. H* [5]) fallacibus *C* [6]) abuti *AF* [7]) loquatur *B* [8]) nimis *A* [9]) *om. O* [10]) largitionem *BFH* [11]) rem ei optimam credebat *E* rem ei oportunam crederet *H* [12]) cum oportuna *H* [13]) eam tal. *Zb* [14]) necessaria *D* [15]) quant. michi plac. *O* [16]) reseruetis *BO* [17]) nociua *B* [18]) ditare *BH* frustrari *D* [19]) nimis *A* [20]) extitit *B*

culpam. Hospitalem[1] se[2] cunctis debet praestare libenter. Contra Dei clericos vel monachos sive contra religiosae domus quamque personam iniuriosa non debet vel turpia sive irrisoria[3] verba proferre sed eis totis viribus totaque mente eius gratia, cuius[4] funguntur officio, semper et ubique debitum honorem impendere. Ecclesiae frequenter debet limina[5] visitare ibique assidue[6] officia celebrantes[7] libenter audire divina, licet quidam fatuissime credant, se satis mulieribus[8] placere, si ecclesiastica cuncta despiciant. Suis in omnibus veridicus[9] debet esse sermonibus, nullius hominis gloriae invidus permanere. His tibi breviter et in summa notatis, si attentis ea tuis auribus percepisti[10] et factis exercere curaveris[10], dignus invenieris in amoris curia perorare[11].

Homo ait: Dignitati vestrae omnimodas cogor reddere grates, quod tam diligenter et tam prudenter mihi voluistis amoris articulos explicare eiusque propinare notitiam. Sed adhuc indesinenter postulare[12] non cesso, ut spem dignemini mihi largiri petitam, sub hac saltem condicione: si ea, quae docuistis, per omnia curabo[13] perficere. Spes enim desiderati amoris benefaciendi semper mihi propositum conservabit[14], nec mihi[15] obstare potest,

---

1) Hosp.-libenter *om.* *B* 2) *om.* *A* 3) siue irr. *om.* *CD* 4) cuius specialiter *VEb* cuius fung. off. specialiter *H* 5) lumina *C* 6) assidua *B* 7) *om.* *B* 8) feminis *B* mulieri *O* 9) verecondus *A* 10) percepistis . . . curaveritis *Hb* 11) *TVb*; perorari *E* *om.* *H* [*fortasse scribendum*: permorari?] 12) postul.-largiri *om.* *B* 13) curauero *B* 14) propinabit *D* 15) nec tamen *B*

quod de turbato ordine est dictum. Nam quum omnibus, quae fiunt[1] in saeculo, bonis amor praestet[2] initium, merito in primis tanquam omnium bonorum radix et causa[3] principalis est postulandus.

Mulier ait: Indecens esset et inurbanum[4] spem alicui amoris[5] sub hoc[6] modo largiri; sed aut pure eam[7] concedere debet[8] aut pure negare, quia spe[9] quoque[10] largita potest femina retrahere[11] manum et spem auferre concessam. Studeas[12] bona cuncta peragere, ut nostrae tibi appareant verba profuisse doctrinae.

Homo ait: Merito vos coelestis[13] Maiestas[13] in maiorum[14] constituit ordine mulierum[15], quod tam prudenter omnibus[16] pro meritis respondere voluistis[17] mihique[18] plura concedere, quam noverim postulare, et ego Deum rogo, ut ad vobis serviendum[19] meum semper propositum[20] augeat vobisque[21] mentem inducat[22] atque conservet[23] mihi[24] semper, prout[25] propria postulaverint merita, retribuere[26].

---

[1]) *BDZb*; fuerint *AF* fuerit *C* [2]) prestat *T* [3]) causa pr. *om.* *Zb* [4]) minus urbanum *Eb* nimis turbatum *H* [5]) *om.* *Zb* [6]) *om.* *O* [7]) mulier eam *DF* mulier *Zb* aut-quoque *om.* *C* [8]) debet eam *H* [9]) pura spe quoque *DF* pure etiam spe *Eb* etiam spe *H* [10]) *om.* *BZb* [11]) subtrahere ac tardare promissa *Zb* [12]) stud. ergo *VEb* cuncta ergo cura peragere *H* [13]) deus *Zb* [14]) maiori *B* [15]) *om.* *B* [16]) meis absque meritis *B* [17]) nouistis *VZ* [18]) pluraque concedere *B* mihique-conced. *om.* *H* [19]) ut uob. seruiendi *Zb* [20]) desiderium *Zb* [21]) ac uobis in *Zb* [22]) ponat *Zb* [23]) conseruat *BH* [24]) mihi s. *om.* *T* [25]) prout mihi semper *A* [26]) michi semper retrib. munera *B* respondere *CZb* retribuere uel respondere *D*

D. Nobilis[1] plebeiae.

Si nobilis sibi velit plebeiae amorem eligere, tali eam debet sermone allicere[2]. Primitus eam suo more salutet, secundo potest[3], si voluerit, etiam sine licentia iuxta ipsam sibi eligere sedem[4], et hoc propter maioris ordinis praerogativam. Regulariter enim tibi[5] trado, Gualteri[6], quod ubicunque masculus maiori[7] censetur ordinis praerogativa quam mulier, potest sine licentia iuxta ipsius[8] latus sedere, si velit. Si vero eiusdem ordinis inveniatur[9], potest licentiam petere, ut sibi iuxta eam pateat sedendi licentia, qua concessa cum[10] ea sedere poterit, aliter vero nequaquam. Ubi[11] autem minoris[12] ordinis sit masculus quam femina, licentiam iuxta eam sedendi non debet exposcere[13], sed inferiori[14] loco licet sedendi postulare licentiam[15]. Si tamen ipsa concesserit ei iuxta suum latus sedere, sine timore potest eius voluntati annuere[16]. Postmodum autem[17] sic ei loquatur[18]:

---

1) *om. C* Incipit quartus tractatus amoris acquirendi sicut nobilis homo [*deest alqd.*] cum plebeia muliere sic dicens *A*; Si vir nobilis sibi velit eligere amorem plebeye mulieris *B*; Incipit capitulum VI nobilis plebeie *D* Loquitur nobilis plebeie *E*; Loquitur nobilis ad plebeiam *F*; De amore nobilis viri cum plebeia femina *H*; qualiter nobilis a plebeia petat amari *I* Hic docetur qualiter loqui debeat nobilis plebeiae *b* 2) uenari *Zb* 3) post *A* 4) iuxta ipsam sedere *H* 5) en. tibi *om. C* 6) Gualterij *A om. E* 7) maioris *Eb* 8) eius *B* illius *H* 9) reperiatur *B* 10) iuxta eam uel cum ea *H* 11) si *O* 12) maioris *A* 13) composcere *T* 14) in inf. loco licet sedendi locum *B* inferiori sibi loco *CD* inf. loco sibi *H* in inf. sibi loco *E* inf. loco *F* 15) *om. B* 16) abnuere *C* 17) *om. H* vero *VEb* 18) si loquatur, sic incipiet *B*

Nuntius sum[1] quidem vobis ab amoris aula transmissus, qui vestrae[2] prudentiae cuiusdam dubitationis mandat dissolvere[3] nodum: Cuius[4] scilicet sit mulieris magis[5] laudanda probitas[6], utrum nobilis sanguine an illius, quae cognoscitur generis nobilitate destitui[7]?

Mulier ait: Minus apte mihi tale videtur dari definiendum[8] iudicium[9], quum me ipsam praesens tangat articulus, et in propria[10] causa cuilibet sit iudicare prohibitum; quia tamen[11] mihi non licet delegationem[12] recusare amoris[13], quid super isto sentiam articulo, mea curabo definitione monstrare[14]. Ex tuis tamen assertionibus aliquid super hoc primitus volo percipere, ut patrocinio instructa laudabili nulla super hoc negotio me valeat falsitas obumbrare. Nam prima[15] videtur facie[16] sanguinis probitas magis laudanda[17]; ea namque, quae[18] secundum cuiusque noscuntur provenire naturam, magis videntur[19] appetenda[20], quam quae extrinsecus et quasi aliunde adveniunt[21]. Nam et[22] in ipsis mulieribus magis naturalis quam appositivus color dignoscitur honorari, magisque placent ab

---

[1]) quidem sum tibi *B* quidem ego sum uobis *V* quidem ego sum *E* quidam ego sum *H* quidem ego sum tibi *b* [2]) tue *Bb* [3]) solvere *Zb* [4]) scil. cuius mulieris *H* [5]) *om. FH* [6]) prob. sit *H* [7]) destituti *ADH* destituta *E* [8]) diffinitiuum *A* a me diffinitiuum *B* diffiniendum *VEb* diffiniendi *H* [9]) *om. E* [10]) prima *D* [11]) cum *A* [12]) delegationes *AG* [13]) *D*; maiorum *BG* maioris *ct.* [14]) demonstrare *H* [15]) primo *H* [16]) *om. H* [17]) commendanda *O* [18]) *om. A* [19]) uidetur *A om. F* [20]) appetenda siue laudanda *O* [21]) veniunt *B* proueniunt *E* [22]) *BCb*; et in ipsis et in *A* et in ipsis etiam *DEF* et ipsis *H*

homine verba prolata quam a[1] pica loquente. Et aptius valde rubentis scarlati[2] color in Anglicana videtur[3] lana residere[4] quam in agnino[5] pilo Campaniae sive Italiae. Sic magis forte[6] congruit nobili sanguini probitas quam ex plebeiorum stipite derivatis.

Homo ait: Miror, si hoc mente geris[7] animoque sentis, quod lingua narrare videris. Nec enim, quod dicis, recte potest per exempla demonstrari proposita, quum in illis omnibus humanum artificium commendetur, et naturalia accidentalibus praeferantur. Sed in plebeia probitas ex solius animi innata virtute optima[8] mentis[9] dispositione procedit, et sic quasi naturale censetur. Tua[10] igitur non possunt exempla procedere, unde merito dicendum credo, magis in plebeia quam in nobili probitatem esse laudandam. Carior enim reputatur fasianus ab accipitre quam ab asture[11] captus, magisque[12] meretur praemium, qui plus[13], quam debet[14], exsolvit[15], quam qui, quod praestare tenebatur, exhibuit. Praeterea magis approbatur illius doctrina magistri, qui ex ineptis[16] noverit lignis[17] aptam fabricare naviculam, quam qui ex optimis[18] et bene compositis lignis aedificat. Et[19] nonne maius ac laudabilius homini reputatur, si aliquam ex se

---

1) *B*; etiam a pica *D om. ct.* 2) scarlate *O* 3) *O*; *om. T* 4) residet *B* 5) ouino *O* 6) *om. B* 7) geras *EFb* 8) *om. F* 9) *om. E* 10) *Bb*; uestra *ct.* 11) *Eb*; austore *A* austure *BVH* 12) maiusque *BCDZ* 13) ultra *B* quam *om. B* 14) debitum *B* deberet *CDE* 15) soluit *B* 16) inceptis *Eb* 17) aptam-compositis *om. A* 18) optime *AO* 19) aedif.-ac *om. B* Sed et nonne *CZ* Sed nonne *DF*

ipso peroptime artem retineat, quam si eam ex artificio sumpserit alieno? Certe utique est[1] verum, si fateri volueris. Merito ergo in praesenti negotio nobilis sanguine contrarium meretur calculum reportare.

Mulier ait: Multum videtur mihi super tua admirandum prudentia, quod[2] tam evidenter contra te ipsum tuis[3] niteris sermonibus allegare. Nam quum nobilis sanguine ac generosus inveniaris, patenter ipsi conaris nobilitati detrahere et contra ipsius placitare iura contendis; quia vero[4] tua rationabiliter dicta defendis, in hanc declino sententiam, ut magis in plebeia quam nobili probitatem laudandam[5] existimem[6], quia omne[7] bonum, quod est rarum, caro[8] carius esse nullatenus dubitatur.

Homo ait: Tuam valde iustam sententiam reputo atque rectam satis opinor, et ideo necessario me fateri oportet, potius esse quaerendum amorem probitatis multae[9] plebeiae quam nobilis nimia probitate decorae. Quum ergo plebeiorum genus nimia in tua persona probitate meruit exaltari, non immerito te mihi solam ex universo mulierum consortio[10] dominam praeelegi[11] et per te solam cuncta disposui peragere bona. Et ideo Deum indesinenter exoro, ut tuo[12] semper inserat firmum

---

[1]) si uerum fateri uolueris *O* [2]) cum *B* [3]) tuos . . . sermones *B* [4]) inde *C* tamen *DFHb om. E* [5]) *om. C* [6]) existimare *AH* [7]) enim *D* bon.-rar. *om. D* bon. *om. E* [8]) *om. B* rarius caro *D* tanto carius b [9]) *FZb*; multum *A* multe probitatis *B* milite *C om. D* [10]) *om. H* [11]) perelegi *O* [12]) tuum *A*

cordi propositum mea servitia continuo capere, ut quotidie in benefaciendo meus possit animus incrementa[1] suscipere, atque per hoc valeam ad optata[2] digne[3] munera pervenire.

Mulier ait: Non videtur multum tuae nobilitati congruere ad plebeiae mulieris ordinem[4] declinare vel ex plebeia[5] amorem appetere, nec videris ex meritis nobilitatis nomen adeptus[6], quum[7] a nulla tui ordinis femina amari merearis; et qui in proprio minus bene invenitur ordine[8] militare, non creditur in[9] alieno suam recte gestare militiam. In proprio igitur[10] ordine[11] requiras[12] amorem et[13] in alieno genere constitutam[14] non coneris impetere[15], ne propter talem valeas praesumptionem digne pati repulsam.

Homo ait: Multum videris[16] amoris ignara doctrinae, quum id, quod omnibus est manifestum, te prorsus ignorare demonstras. Lippis[17] namque videtur omnibus atque patere[18] tonsoribus, quod nec sanguinis generositas nec decora multum species pertinet ad amoris emittendam[19] sagittam; sed amor est[20] ille solus, qui hominum ad amandum[21] corda compellit,] et saepius ipsos instanter

---

[1]) incrementum *O* [2]) optima *TH* [3]) *om. CF* [4]) *om. E* ord.-videris *om. B* ord. decl. *om. H* [5]) plebe *CDH* [6]) adeptus esse *B* [7]) cum ancillam tui ordinis femine *B* [8]) in ordine *A* invenitur *om. H* [9]) in al. *om. H* [10]) ergo *Bb* [11]) *om. H* [12]) requiris *H* [13]) et ab *B* [14]) constituta *BEF* constituto *H* [15]) petere *B* impetrare *DI* [16]) videaris *B* de *F* [17]) omnibus enim patere videtur, quod *B* [18]) *om. E* [19]) ammittendum *C* emittendum *DFb* euitandam *Z* [20]) est-id est *om. B* [21]) amanda *A*

cogit[1] amantes alienigenae[2] mulieris amorem exigere, id est ordinis et formae nullatenus aequalitate servata. Amor[3] enim personam[4] saepe degenerem et deformem tanquam nobilem et formosam repraesentat amanti et facit, eam plus quam omnes alias nobilem atque pulcherrimam[5] deputari. Semper enim forma mulieris, quam aliquis recto corde[6] amare dignoscitur, nimium consvevit amanti placere, quamvis omnino deformis inveniatur atque abiecta. Praeterea omnium aliarum mulierum istius respectu incultus sibi[7] quasi videtur aspectus. Mirari ergo non debes, si te quamvis ignobilem genere omni tamen decoris fulgore et morum probitate fulgentem tota contendo amare virtute, quia[8] non[9] talia postulo quasi a mei ordinis mulieribus recusatus, sed ab amore taliter amare coactus, et quia[10] tua mihi super omnibus aliis probitas complacuit atque nobilitas[11]. Ex quibus omnibus tuae satis debet esse prudentiae[12] manifestum, quod a tuo sum nullatenus repellendus amore, si morum in me compositio propriae[13] noverit origini respondere.

Mulier ait: Etsi ea, quae proponis, clara forte veritate nitantur, aliam tamen ex tui[14] ipsius verbis tibi[15] possum iustam recusationis causam

---

[1]) *O*; *om.* *T* [2]) *O*; alieni genere *T* [3]) Nam amor *B* [4]) en. personam *om.* *B* [5]) pulchram reputari *B* [6]) rect. c. *om.* *H* [7]) tibi *A* incultus et deformis michi videtur *B* [8]) *om.* *B* [9]) non enim *B* [10]) etiam cum *B* [11]) formositas *B* [12]) pudicitie *H* [13]) probe *H* [14]) tuis *H* [15]) talem *B*

opponere, quia, ut superior a me lata et[1] a te approbata videtur sententia[2] continere, magis in plebeio quam in nobili genere sedet[3] laudanda[4] probitas. Ex[5] quibus[6] verbis concludendo[7] intulisti, quod potius sit[8] studiosae[9] unumquemque[10] amorem[11] sibi copulare plebeiae quam nobilis et multa[12] probitate decorae. Quare igitur non magis plebeius morum compositione perfectus quam[13] multa nobilitate[14] decorus mihi est[15] eligendus amator? Quaeso, ut mihi respondeas.

Homo ait: Quamvis simplici verbo asserui, magis studiosae[16] plebeiae requirendum amorem[17] quam nobilis mulieris atque[18] decorae, non tamen intelligere[19] debes, nobilis mulieris non esse laudandum atque peroptandum amorem. Immo magis[20] nobilis mulieris[21] amor[22] est[23] eligendus[24], si maiori gaudeat probitate quam ipsa plebeia. Tali[25] ergo intentione verbum[26] protuli „magis“[27], ut, si plebeia probior quam nobilis inveniatur[28], potius sit quam nobilis eligenda[29]; si aequis in probitate

---

1) sententia et a te firmiter *B* et a te firmiter appr. *VE* quia-appr. *om. H* 2) *O*; sententiam *A om. B* 3) *ACFZ*; *om. B* manet *D* dicitur esse *b* 4) laud. est *B* 5) et ex *B* 6) hijs *B* 7) *om. B* 8) et *B* 9) studiosius *B* 10) unusquisque *B* 11) am. debet *B* 12) multum *A om. F* 13) quam nobilis *B* 14) *O*; multa probitate *T* 15) sit *B om. C* 16) ac studiosius *B* 17) amorem probitate fulgentis *H* 18) *om. B* atque-mulieris *om. F* 19) ex hoc intell. *CDZb* 20) mag. est *B* 21) *om. H* 22) amorem *D* amoris *H* 23) *om. BD* 24) elig. amor *H* 25) Tali-plebeia *om. F* 26) verba mea protuli videlicet quod si *B* adverbium *b* 27) maxime *A* 28) reperiatur *VF* 29) *add. D*: de amore nobilis et plebeie et que est magis eligenda in amore

possibus ambulare noscuntur[1], aequaliter earum[2] amor est eligendus secundum Angliae[3] reginae Alinoriae[4] opinionem. Ego tamen in aequalitate praefata minorem[5] dico ordinem praeferendum esse maiori et potius eligendum. Sin autem[6] aliter[7] adverbium „magis“[8] intelligatur, quam tibi sim[9] conatus exponere, summa sequeretur absurditas et grandis inde oriretur iniquitas. Jam enim videretur sanguinis generositas hominibus intolerabile damnum adducere nullaque commoda ferre, si probior nobilis minus probae postponatur[10] plebeiae. Si talem ergo plebeium inveneris, in quo magis quam in me cognoveris probitatem vigere, et tuum fueris sibi amorem largita, tuum non[11] insistam improbare propositum, quum[12] haec in superioribus tibi videatur concessa licentia. Tua igitur[13] diligenti perquirat indagatione prudentia et digniori se adnectat amori.

Mulier ait: In tuis videris sermonibus tanquam cancer in ambulando retrogradus, quod[14] nunc negare contendis, quod statim audaci lingua laudando firmaveras. Sed[15] non videtur recte virili[16] conformari astutiae[17] ad mulieris quantumcunque prudentis[18] sermonem contra suam quemque[19] tam

---

[1]) noscantur *BF* [2]) eorum *ADFH* [3]) obmonie anglie *H* [4]) almorie *ADFb* alinore *B* alinorie *C* alimone *E om. H* alionorie *I* [5]) maiorem *D* [6]) si vero *B* si autem *O* [7]) *om. FH* al. intelligeretur hoc *B* [8]) *om. D* intell. *om. B* [9]) sum *VEb* [10]) *O*; postponitur *A* postponeretur *B* [11]) *CDEb*; *om. TH* largita, tamen ins. probare *F* [12]) licet *B* [13]) *om. Ḣ* [14]) cum *B* quia *VEb* [15]) non enim recte videtur *B* [16]) viri *B* [17]) prudentie *B* [18]) astute *B* [19]) in aliquo *B*

inverecunde[1] venire sententiam, et quod dilucide[2] paullo ante concesserat[3], sua nunc assertione negare. Quia tamen fas est ab errato[4] discedere et ab eo, quod quisque[5] minus bene sententiaverat[6] resipiscere[7], si[8] tuam simplicem et incautam studes[9] emendare doctrinam[10], in[11] hoc inveneris laude dignissimus et ab omni prudentia commendandus[12]. Tuorum igitur[13] verborum non[14] modice mihi[15] placet interpretatio, qua[16] mihi deliberare concedis[17], quis mihi tanquam potior sit eligendus amator, quia[18] illam mihi palatii amoris portam defendo, quae nec quemlibet a palatii repellit ingressu nec omnem permittit intrare petentem[19], sed eum demum[20], qui ex propria[21] probitate, consilii[22] tenore perpenso et subtili habita deliberatione, admittitur[23]. Deliberato[24] itaque et post libramina multa consilii[25] digniorem curabo admittere.

Homo ait: Si anguis hic non lateret in herbis, et hanc sub calliditatis ingenio deliberationem non

---

[1]) uerecunde *BE* inuerecundie *F* [2]) *om.* *D* [3]) concesserant *AH* concesseras *CEF* [4]) errore *B* [5]) quis *B* [6]) *AH*; dictauerit *B* sentiuerat *VEb* [7]) respicere *A* [8]) Sed *A* *om.* *B* [9]) studeas *Bb* [10]) sententiam *B* [11]) ut laude dignus valeas inueniri *B* et in hoc *C* [12]) et a prudentibus commendari *B* [13]) Preterea tuorum michi *B* Tuorum sibi *D* [14]) immodice *F* [15]) *om.* *B* [16]) *B*; quam *A* que *O* [17]) concedit *CDEb* concedat *H* [18]) *B*; Quia et *ADFZb* Qui et *C* [19]) pulsantem *B* [20]) tantum *B* [21]) multa morum *B* [22]) consilium *A* ac virtutibus infinitis decoratur et *B* [23]) admittit *A* subtilem habitam deliberationem admittit *B* admittatur *CF* admitturi *D* [24]) deliberato *A* deliberata *B* deliberatio *CE* deliberatione *F* deliberabo *DHb* [25]) *om.* *B*

exposceres[1], svavissima mihi esset et gratiosa deliberatio talis. Sed, quia vehementer timeo, ne ex dilationis istud procedat origine, non videtur mihi[2] tutum huic praebere proprium deliberationi assensum[3]. Gravissimum namque[4] mihi est et mortis videtur demonstrare vestigia, si praeter[5] spem largiendi amoris patiaris me abire. Morosa namque dilatio pereuntis solet amoris indicare praesagia, et modica consvevit mora eventus mutare[6] fortunae; si[7] me igitur tui amoris spe[8] frustratum dimiseris, me protinus mortem subire compellis, cui tua postea nullatenus poterit prodesse medela, et ita poteris homicida vocari.

Mulier ait: Homicidium aliquod perpetrare non affecto; mihi[9] tamen consilium[9] nulla potest ratione negari, quia iuxta cuiusdam[10] sapientis eloquium quidquid consilii moderatione perficitur, non assvevit poenitudinis[11] rubore perfundi[12] sed perpetua firmitate durare.

Homo ait: Consilium tibi denegare[13] non possum. Deum tamen assidue rogare[14] non desinam, ut te faciat amare, quem[15] debes.

Mulier ait: Si amori[16] vacare[17] eligerem, indu-

---

1) postulares *Zb* 2) administrare uestigia si huic delib. propr. prebere ass. *D* 3) consensum *Zb* 4) *om.* *Zb* 5) propter *A* 6) *VEb*; imitare *TH* 7) Sed et si me *A* 8) *om.* *AEF* spem *H* 9) consilium autem *H* 10) *om.* *Zb* 11) plenitudinis *BF* 12) *B* [?]; pertundi *AO* penitud. errore pertundi *E* 13) negare *Z* 14) deprecari *C* exorare *D* 15) quod *BCFZb* 16) amorem *B* 17) *om.* *B*

bitanter scias, quod pro posse studerem potioris mihi solatia quaerere[1].

Homo ait: Liberum tibi[2] eligendi amoris esse non dubitatur arbitrium. Ego tamen tibi nunquam servire cessabo et pro te omnibus semper[3] obsequia cuncta[4] praestare.

Mulier ait: Si, ut[5] verbis[6] assertive proponis[7], facto[8] curaveris adimplere, facile non posset[9] accidere, quin a me vel alia retributionem susciperes[10] abundanter[11].

Homo ait: Tua verba Deus velit, ut veridicam sententiam ferant, et ego, quamvis corpore videar discedere[12], corde tamen vobis[13] colligatus exsisto.

D. Loquitur[14] nobilis nobili.

Si nobilis aliquis mulieris alicuius nobilis deposcat amorem, his illam[15] verbis conetur[16] attrahere. Post proposita sermonum initia taliter cordis concepta

---

1) capere *O* 2) *om. H* 3) *om. H* 4) *om. DHb* 5) *DFHb*; *om. T* d *C* non *E* 6) uerb. quod *C* 7) *VEb*; propositis *TH* 8) facere *A* factis *B* facto *VEb* facta *H* 9) possit *TFH* 10) suscipias *Zb* suscipies *F* 11) habundantem *B* 12) descendere *D* 13) vobis *TVZ* tibi *b* 14) Incipit quintus tractatus acquirendi amoris continens sicut Nobilis homo [*deest alqd.*] cum nobili muliere et sic ait *A* Si nobilis vir nobilis mulieris amorem exquirat *B om. C* Incipit capitulum VII in quo loquitur nobilis nobili *D* loquitur nobilis nobili *E* De nobili ad nobilem *F* De amore nobilis viri cum nobili femina et durat cum tribus rubricis infra sequentibus *H* Qualiter nobilis a nobili femina petat amari *I* Hic nobilis loquitur nobili mulieri *b* 15) *om. Zb* 16) eam conetur *E* conetur eam *Hb*

dissolvat: Tanta deprehenditur in vobis nobilitas, tantaque[1] vos curialitas exornare[2] dignoscitur[3], quod[4] omnia, quae meo[5] resident cordi[6] dicenda, vestrae[7] probitatis aspectu credo mihi licere sine reprehensionis[8] timore narrare. Nam si non liceret hominibus sui, quum vellent, cordis dominabus aperire[9] secreta[10], iam amor perisset omnino, qui omnium dicitur fons et origo bonorum, et nullus sciret aliis[11] subvenire, omniaque[12] curialitatis opera hominibus essent ignota[13].

Mulier ait: Recte sapis, et multum mihi placet audire.

Homo ait: Licet me raro corporaliter vestro repraesentem aspectui[14], corde tamen et animo a vestra nunquam abscedo[15] praesentia; assidua namque de vobis habita[16] cogitatio saepe[17] saepius me vobis praesentem[18] constituit et illum thesaurum, circa[19] quem mea[20] versatur intentio, cordis me facit oculis semper aspicere poenasque[21] mihi affert[22] et solatia multa. Nam, quod quis toto mentis affectu desiderat, semper timet, ne adverso turbetur eventu. Quantum igitur[23] fidelis vobis

---

1) et tanta *Zb* 2) detemptat [?] *H* detentare *E* 3) *om. H* 4) ut *H* 5) in meo *BCHb* in corde meo *E* 6) corde *BCHb om. E* 7) in uest. prob. asp. *CDZb* in uest. curialitatis asp. *F* 8) responsionis *D* 9) *om. B* 10) secreta reuelare *B* proposita *E* 11) alii *C* 12) omniaue *O* 13) incognita *O* 14) *DFb*; aspectu *TC* conspectui *Z* 15) recedo *B* discedo *DH* 16) et continua hab. *O* 17) *ACFb om. BE* sepe et *DHI* 18) representem *DF* 19) iuxta *C* etiam *H* 20) mea tota *CDHb* tota mea *E* 21) poenasque magnas *B* poenas *CD* 22) afferre *AF* 23) preterea *B*

exsistam[1], quantaque[2] vobis[3] devotione astringar, sermone[4] narrare non possem[5]. Nam, ut videtur, si viventium omnium[6] fidelitates in unius possent congregari[7] persona, nequaquam tanta esset[8], quanta est fides, quae me vobis servire svadet, nihilque tam[9] meo cordi immutabile[10] perseverat quam[11] gloriae vestrae serviendi propositum, et illud mihi super omnia gloriosum[12] exsisteret, et pro magna victoria reputarem, si qua possem meis actibus operari, quae vobis exsisterent gratiosa vestraeque accepta gratiae[13] residerent. Quum vos igitur videre valeo[14], nulla me posset[15] poena pertingere, nullius[16] me possent[17] insidiae perturbare; immo locorum, quibus inhabitare videmini, solus ad aera transmissus aspectus efficacia mihi praestat fomenta vivendi[18] et solatia multa praestat amanti[19]. Quando vero[20] vos non[21] possum corporali visu aspicere[22] nec super vos constitutum aërem deprehendere[23], undique contra me cuncta incipiunt elementa consurgere, et varia me poena-

---

1) exist. corde et *Zb* 2) quanta *Eb* quantum *H* 3) *om.* *H* 4) sermone meo *B* breui uobis sermone *CD* breui uobis *FZ* breui *b* 5) possim *A* intimare non possem *CD* non possem intimare sermone *E* intimare non possem *F* non possem enarrare sermone *H* non possem indicare serm. *b* 6) hominum *A* 7) conuenire *Zb* 8) essent *DI* 9) *om.* *B* 10) immutabilius *B* 11) quantum *B* 12) graciosum *E* gloriosum aliter graciosum *H* 13) vestroque accepta generi *A* ac vestro acc. generi *B* 14) valeam *B* 15) potest *B* 16) ac null. *B* et null. *Zb* 17) me poss. *om.* *Zb* 18) et uiuendi solatia *C* 19) amandi *H* 20) nec *Zb* 21) n. poss. *om.* *Z* 22) percipere *B* conspicere *H* 23) *add.* *Z*: possum

rum incipiunt[1] allidere genera[2], nullo[3] possum[4] gaudere[5] solatio, nisi[6] quantum falsa mihi demonstratione dormienti somni sopor[7] adducit. Sed[8] licet falsa me somnus quandoque largitione[9] decipiat, nihilominus tamen[10] ei affectuosas offero[11] grates, quod tam dulci atque nobili me voluit deceptione frustrare. Talis namque somniculosa[12] largitio mihi vivendi viam modumque conservat[13] mortisve[14] me defendit ab ira[15], quod maximum munus mihi videtur atque praecipuum. Mortuo namque frustra medicina porrigitur. Sed quousque mihi affuerit licet vita poenalis, levis potest aura imbrem mihi[16] liberationis[17] infundere et rorem[18] svavitatis inducere. Credo namque et plenariam gero fiduciam, quod tam nobilis tantaeque femina probitatis non diu permittet, me poenis[19] subiacere tam gravibus, sed a cunctis me[20] relevabit angustiis.

Mulier ait: Re vera in tua persona nobilitari[21] novit prudentia[22], et[23] habitaculum invenerunt svavitatis eloquia, quod[24] tam provide tamque prudenter tua novisti proponere iura. Quod igitur tibi placet de mea in absentia mei[25] cogitare

---

[1]) inc. all. *om. B* [2]) gen. torquere inchoant *B* [3]) et nullo *DZ* nulloque *b* [4]) preterea functus sum tanto *B* [5]) *om. B* [6]) *om. B* [7]) sapor *ACb* sompnium soporem *D* [8]) *O*; Et *T* [9]) largitate *Zb* [10]) *om. B* [11]) refero *BF* [12]) sompni gloriosa *Eb* [13]) asservat *A* [14]) morteue *DE* mortemue *H* [15]) a dira *D* ad iram *E* [16]) *O*; in *A om. B* [17]) *om. B* [18]) *O*; odorem *T* [19]) penitus *H* [20]) *om. O* [21]) nobilitati *O* [22]) prud. respondere *O* [23]) *O*; etiam *T* [24]) cum *B* [25]) *VZ*; *om. T* in abs. mei *om. b*

persona[1] mihique in omnibus, in quibus[2] poteris, serviendi habere[3] propositum, debitas tibi refero grates, et ego versa quidem vice in absentia quoque tui de te cogitabo libenter tuaque servitia suo loco et tempore non detractabo[4] suscipere, quia tantus es tantave[5] probitate refulges[6], quod nulli feminae ascriberetur honori, si tua obsequia recusaret. Praeterea nolo, ut solius[7] sis aëris inspectione[8] contentus, sed[9] nostra specie poteris corporali visione potiri et opposita me facie intueri. Malo etenim ad vitae tibi conservanda gubernacula laborare quam mortis praestare[10] causam vel homicidii incurrere crimen.

Homo ait: Licet aestus[11] temporibus[12] tenuibus posset imbribus vita segetum prorogari, ariditatis tamen periculum evitare non possunt[13], nisi rore[14] fuerint pluviali perfusæ. Potestis igitur[15] in hunc modum, quem[16] dixistis, vitam prorogare amantis, non autem a mortis liberare periculo graviori. Gravius[17] enim recidivus quam initialis videtur affligere[18] morbus et duriori cogit hominem morte

---

[1]) pers. absenti cogitare *b* [2]) in quib. *om. F* sicut *DEHb* [3]) *om. H* [4]) tractabo *B* [5]) et tanta *Zb* [6]) refulgens *BDEF* [7]) *O*; solus *A* sola *B* [8]) impensione *A* [9]) sed nostra sepe poteris auctoritate ipsa corp. uis. pot. *CF* sed nostr. poteris sepe auctoritate ipsa *etc. D* sed auct. mea poteris ipsa corp. sepe *etc. Eb* sed auct. nostra poteritis i. c. s. *etc. H* [10]) *om. A* monstrare *D* [11]) estatis *B* [12]) tempore *O* [13]) potest *B* [14]) ex ore *A* ex ore pluviali segetes fuerint *B* [15]) ig.-autem *om. H* [16]) quem dix. *om. B* [17]) magis enim et gravius residuus *B* [18]) confligere *A* initialis morbus affligit *Zb*

deficere, et acrius amittitur, quod spe aliqua videtur possideri largita, quam quod nuda voluntate speratur. Potius ergo eligerem momentaneo perire[1] interitu quam post multas poenales[2] angustias mortis subiacere periculis. Deliberet ergo prudentia vestra et indagatione subtili perquirat, quid vestro magis expedire videatur honori, utrumne spem amanti largiri et[3] ab ira ipsum mortis eripere eique[4] ad omnia peragenda bona viam aperire incognitam, an hoc denegando cunctorum bonorum praecludere[5] viam et mortis semitam[6] aperire.

Mulier ait: Illud quod tibi possum praestare suffragium, libera tibi voce promisi, scilicet[7] ut[8] quotidiana mei corporali visione utaris. Nam, quod postulas, nullis posses precibus vel[9] laboribus impetrare; firmum etenim est et totius meae mentis propositum Veneris me nunquam supponere servituti nec amantium me poenis subiicere. Quot[10] namque subiaceant amantes angustiis, nemo posset nisi experimento cognoscere. Tot enim poenis[11] atque languoribus exponuntur, quod nullus posset nisi experientia[12] doceri. Sed quamvis amoris omnino fugiam illaqueari catenis, tibi tamen

[1]) deperire *Zb* [2]) *om. Zb* [3]) et a dira ipsum morte *DF* et ipsum a periculo mortis *Zb* [4]) eique-aperire *om. E* [5]) illi precludere *BO* [6]) ianuam *Zb* [7]) *om. A* [8]) *om. C* uerecundiana mei *D* [9]) prec. vel *om. Zb* [10]) *CEFb*; Quod *ABDH* [11]) poen. atque *om. E* poenis *om. H* [12]) expertus *B* experientia magistra *O*

et aliis benefacientibus viris benefaciendi nunquam[1] recusabo praestare favorem.

Homo ait: Absit, [te[2]], domina mea, te[3] in tam acerrimo errore[4] durare. Illae namque solummodo mulieres, quae amoris noscuntur aggregari[5] militiae, veris[6] apud homines laudibus[7] dignae iudicantur[8] et propter suam probitatem meruerunt[9] in omnium curia nominari. Quid enim valeat in saeculo bonum ab[10] aliquo exerceri, nisi[11] ex amore suam sumat[12] originem, videre non possum. Curet ergo tantus decor tantave morum[13] probitas amoris[14] perambulare semitas eiusque probare fortunas. Nihil enim, quid sit vel[15] quale, aperta potest veritate cognosci, nisi primitus illud[16] experientiae probaverit usus. Post rei tantum[17] experientiam decet recusare probatum.

Mulier ait: In amoris curiam[18] facillimus est[19] inventus[19] ingressus, sed propter imminentes amantium poenas ibi est perseverare difficile, ex ea[20] vero propter appetibiles[21] actus amoris impossibilis deprehenditur exitus atque durissimus. Nam post verum amoris curiae ingressum nihil potest

---

[1]) nullatenus *O* [2]) a te *V om. BZb* [3]) ut *A* te *Zb om. V* in hoc vos acerrimo *B* [4]) cruore *D* amore *H* [5]) aggregare *AF* [6]) ueneris *D* uere *FZb* [7]) digne laudantur *Z* [8]) *om. Z* [9]) in magnis mer. curiis honorari *Z* in m. mer. cur. nominari *b* [10]) operari ab aliquo *B* [11]) quod *B* [12]) non sumat *B* [13]) *om. B* [14]) per semitas amoris procedere *E* [15]) vel-nisi *om. H* [16]) illud exp. *om. H* [17]) *CD*; tamen *TE* omnino *F* ergo tuam *H* [18]) *D*; curia *TCF* introitu *Z* palatium *b* [19]) reperitur *O* [20]) eo *Zb* [21]) inappetibiles *H*

amans velle vel nolle, nisi quod mensa[1] sibi proponat[2] amoris, et quod alteri[3] possit amanti placere. Ergo talis non est curia appetenda; eius namque loci est omnino fugiendus ingressus, cuius libere[4] non patet egressus[5]. Tartareae etenim talis potest locus curiae comparari; nam, quum[6] Tartari porta cuilibet intrare[7] moretur[8] aperta volenti, nulla[9] est[10] post ingressum exeundi[11] facultas. Malo[12] igitur aere modico Franciae contenta adesse[13] et liberum eundi[14], quo[15] voluero, possidere arbitrium quam Ungarico[16] quidem[17] onusta argento alienae[18] subiici potestati, quia tale multum habere est[19] nihilum habere. Merito ergo[20] amoris aula mihi[21] odiosa exsistit[22], quare aliunde te oportet amorem petere[23], frater[24].

Homo ait: Liberius nulli potest esse[25] arbitrium, quam si ab eo, quod quis tota mentis intentione desiderat[26], velle separari non possit. Gratum namque cuilibet esse debet, si illud nolle non possit, quod tota virtute desiderat, si tantum[27] res illa sit appetibilis. Sed[28] amore in orbe nihil appetibilius reperitur[29], quum[30] ex eo omnis boni

---

[1]) in mensa *B* [2]) *C*; propinat *DEFb* propinatur *TH* [3]) aliter *A* [4]) liber *V* [5]) regressus *H* [6]) *om. B* [7]) *om. B* [8]) moratur *B om. C* [9]) milia *A* nulli *CDZb* [10]) *om. O* [11]) patet exeundi *CDZb* [12]) mallem *B* [13]) esse *Eb om. H* [14]) meum *D* [15]) dum *D* [16]) migromantico *F* [17]) esse arg. onusta et alieni potestati existere subiecta *B* [18]) alieni *BH* [19]) nichil sit *B* est vere nichil *CDZb* est vere tale michi *F* [20]) *om. A* [21]) *om. A* michi est odiosa *B* mihi aula *Zb* [22]) *om. B* [23]) querere *B* [24]) *om. D* [25]) *om. H* [26]) uelle desiderat *B* [27]) tamen *BO* [28]) Sed - appet. *om. H* [29]) cum reperiatur *B* [30]) Nam *B*

procedat instructio[1], et sine eo nihil boni aliquis operetur[2] in orbe. Ergo illius videtur curia utrisque[3] amplectenda lacertis. Illius igitur aula nullatenus vobis sit odiosa.

Mulier ait: Cuicunque[4] sub amoris clipeo ipsa[5] videatur militare libertas et res apprehendenda[6], mihi tamen deterrima[7] videtur[8] servitus et res per omnia fugienda. In vanum ergo laboras, quia mundus universus me non posset[9] ab isto proposito revocare.

Homo ait: Si tali curaveritis[10] via ambulare, intolerabilis vos poena sequetur, cui nulla similis reperitur[11], et quam erit[12] recitare[13] difficile.

Mulier[14] ait: Quaeso, ut mihi asseras, quae sint[15] illae poenae, quae propter hoc imminere videntur, ut, quum praevisae fuerint, earum me minus valeant iacula laedere, quia praevisa minus iacula ferire dicuntur.

Homo ait: Haec a vobis a longe praevisa iacula vos minus ferire non possunt, nisi praefatum curaveritis[16] errorem deponere. Poenas tamen, si placet, audire potestis[17], sed primitus vos[18] exorare cupio, ut me docere dignetur gratia vestra, quis amoris[19] vobis palatii locus[20] est[21] constitutus[22]?

---

[1]) origo *H* [2]) operatur *B* [3]) utriusque *Ab* [4]) *om. H* [5]) *om. CFZb* [6]) appetenda *O* [7]) *om. B* teterrima *D* [8]) uester *D om. H* [9]) possit *BF* [10]) curaueris *A* [11]) reperietur *A* reperitur in mundo *B* [12]) esset *O* [13]) tractare *B* [14]) Mulier-dicuntur *om. B* [15]) sunt *AE* [16]) curaueris *H* [17]) poteritis *H* [18]) *om. B* [19]) *om. A* quis et amoris palatij *H* [20]) *O*; latus *A om. B* [21]) sit *B* [22]) *add. C*: Hic incipit descriptio palatii; *H*: De pallatio amoris et portis eiusdem pallacii; *b*: Descriptio pallatii amoris.

Fertur enim et est verum, in medio mundi constructum[1] esse palatium quattuor ornatissimas habens facies, et in facie qualibet est porta[2] pulcherrima valde. In ipso autem palatio solus amor[3] et dominarum meruerunt habitare collegia. Orientalem quidem[4] portam solus sibi deus appropriavit amoris, aliae vero tres[5] certis[6] dominarum sunt ordinibus destinatae. Et dominae portae meridianae ianuis[7] semper morantur apertis et[8] ostii semper reperiuntur in limine, sicut[9] et dominae occidentalis portae, sed ipsae extra ipsius limina portae semper reperiuntur vagantes. Quae[10] vero septentrionalis meruerunt portae custodiam, semper clausis morantur[11] ianuis et extra palatii terminos[12] nihil aspiciunt[13]. In quarum[14] ergo istarum[15] contenditis[16] vos esse consortio?

Mulier ait: Hi mihi sunt nimis sermones obscuri nimisque verba reposita[17], nisi ipsa tua faciat interpretatio manifesta.

---

[1]) amoris constructum *CDE* amoris constitutum *Hb* [2]) facies *A* [3]) *om. H* [4]) quoque *D* [5]) tres porte *D* [6]) cunctis *B* gentis *C om. H* [7]) ianua . . . aperta *O* [8]) et-lim. *om. A* et-occ. portae *om. F* et hostia semper reperiuntur in limite *B* et ipsius semper cernuntur in limite *Cb* et ips. semp. porte cern. in limite *DH* et ips. semp. porte cern. in limine *E* [9]) Occidentalis uero ianue similiter femine foribus morantur apertis sed extra ipsius *CD* femine uero occidentalis ianue foribus similiter morantur apertis sed extra ipsius *Zb* [10]) Septentrionales uero porte semper clausis morantur janua *B* [11]) demorantur *Zb* [12]) *BV*; limines [?] *A* terminum *Zb* [13]) aspicere permittunt *B* conspiciunt *Zb* [14]) aliquarum *Z* qua *b* [15]) *om. H* [16]) contempnitis *H* [17]) a te composita *D*

Homo ait: Quae semper ianua morantur aperta et ostii[1] semper reperiuntur in limine[2], sunt illae mulieres et dominae, quae[3], dum aliquis petit ingressum, diligenter indagare noverunt, quibus sit meritis dignus ac[4] quam probitatem retineat, qui patentis[5] ianuae desiderat aditum, et post meritorum habitam fidem plenariam cum[6] omni dignos honore admittunt, indignos vero procul ab amoris aula repellunt. Quae vero locum sibi portae vindicant occidentalis, sunt illae mulieres communes, quae neminem reiiciunt, sed omnes indifferenter admittunt et universorum[7] sunt expositae voluptati[8]. Quae autem septentrionalis[9] custodiae[10] mancipantur et clausa semper porta morantur, sunt illae feminae, quae nemini pulsanti aperiunt, sed denegant ad amoris palatium cunctis ingressum. Meridianae sunt illae igitur[11], quae amare volunt et dignos non repellunt amantes, et merito, quia, quum sint in meridie cunctae[12] dispositae[13], ab ipsius in oriente habitantis[14] amoris meruerunt radio coruscari. Occidentales vero sunt meretrices, quae[15] vix aliquem amant nec ab aliquo probo[16] inveniuntur amari, et merito, quia, quum in occi-

---

[1]) hostia *T* hostii *O* [2]) *E*; limite *ct.* [3]) que nemini pulsanti *H* [4]) *om. A* quaque probitate reniteat *V* et qua probitate preclarus *Zb* [5]) patentem *FHb* [6]) dignos tamen omni *Hb* [7]) *om. Zb* [8]) uoluntati *TFb* uoluptati singulorum *Eb* uoluntati singulorum *H* [9]) *A*; septentrionali *BO* [10]) custodia *Z* [11]) mulieres *B* Meridiane igitur sunt ille *Zb* [12]) *om. B* [13]) posite *B* [14]) habitantes *A* habitantis *BV* manentis *Hb* in amantis *E* [15]) q. vix *BO*; quamuis *A* [16]) *O*; proprio *A* proprie *B*

dente ipsarum reperiatur[1] habitatio sita, igneus amoris radius ab[2] oriente ad illas usque[3] pervenire non potest. Septentrionales vero sunt illae mulieres, quae amare recusant, quamvis illae[4] amentur a multis, et merito, quia in[5] sinistra positas deus non respicit[6] ipsas[7], quia sunt maledictae. Ex his[8] vero verbis[9] amoris patet palatii dispositio manifesta.

Mulier ait: Intra[10] septentrionalem portam me profiteor esse securam, non[11] maledictam[12].

Homo ait: Audias[13] igitur poenas tibi[14] sine fine paratas:

Quum cuiusdam enim mei domini nobilissimi viri Roberti[15] armiger[16] adessem et die quadam in aestu magni[17] caloris per regiam[18] Franciae silvam cum ipso et multis aliis militibus equitarem, in quendam[19] nos amoenum valde locum et delectabilem via silvestris direxit[20]. Erat quidem locus herbosus et nemoris undique vallatus arboribus. In quem quum descenderemus omnes, equis per

---

[1]) sit *Zb* [2]) ab or. *om. B* ab. or. proueniens *Zb* [3]) *om. B* [4]) *om. H* [5]) et in sinistro *T* in sin. parte *b* [6]) *BHb*; recipit *ADEF* recepit *C* [7]) *G*; ipse *TVZ* istas *b* [8]) *O*; ipsis *T* [9]) uobis *VZb* [10]) inter *TE* in *F* intra *ct.* [11]) *AF*; non autem *B* sed non *CDZ* et non *G* [12]) *add. H*: De meritis et penis amantium et non amantium que seruauerunt uel non seruauerunt precepta amoris et tibi inseritur qualia et que sunt illa precepta; *add. I*: De penis quas sustinent false amatrices [13]) audiatis *B* [14]) scilicet *B* [15]) ruberti *A* [16]) armiger essem *B* armig. constitutus adessem *CD* essem armis circumstitutus *Zb* [17]) magno *CD* [18]) *O*; regna *A* regni *B* [19]) *O*; quedam nos amena valde loca et delectabilia *T* [20]) deduxit *O*

pascua dimissis et nobis aliquantum[1] somni refectis sopore, excitati postmodum vagantes festinanter stravimus[2] equos. Sed quum meus parumper[3] equus longius cunctis[4] per pascua[5] divertisset, tam diu me detinuit equi praeparatio proprii, quod me solum in ipso prato conspexi relictum. Quumque viam ignorans errabundus per prata vagarer, undique diligenter aspiciens[6] a longe prospexi[7] multitudinem equitantium infinitam per ipsius pascui deambulantem[8] extremitates. Quum autem vehementer crederem, meum inter[9] ipsos dominum equitare[10], non modice gavisus, prout[11] poteram, nitebar praedictae appropinquare[12] militiae. Intuens autem diligenter oculorum ipsum visu nullatenus percipere potui, quia[13] non aderat inter ipsos, quumque magis equitantibus appropinquarem[14] et attentius decoram valde multitudinem intuerer[15] aspiciens[16], vidi hominem praecedentem et[17] in spectabili[18] equo nimis[19] formoso sedentem aureo[20] diademate coronatum. Hunc autem sequebatur primo loco ingens[21] mulierum chorus atque[22] venustus, quarum quaelibet in equo pinguissimo et formoso et

---

[1]) aliquantulum *O* [2]) querere statuimus *D* [3]) paulisper *Z* [4]) ceteris *O* [5]) per pasc. dimissis *D* [6]) prospiciens *C* [7]) aspexi *C* [8]) ambulantem *B* [9]) interesse dom. *H* [10]) *om. H* [11]) pro posse *Zb* *om.* pot. [12]) appropinquari *T* [13]) quoniam non erat *B* quia non erat *Zb* [14]) *O*; appropinquarent *A* appropinquarer *B* propinquarem *b* [15]) *O*; *om. T* [16]) conspicerem *B* [17]) super *B* [18]) spectuali *A* in sp. *om. B* speciali *F* [19]) atque nimis *V* atque *Zb* [20]) *O*; aurea *A* auroque *B* [21]) et vigens *A* [22]) pulcherrimus atque *B*

svavissime ambulante sedebat. Pretiosissimis[1] et variis erat[2] vestibus et deauratis[3] amicta[4] chlamydibus et uno a dextris et[5] altero a sinistris decorata[6] militibus et[7] tertium[8] habebat[9] militem in obsequio, qui pedes[10] incedebat coram ipsius[11] aspectu eiusque semper frenum[12] tenebat in manu, ut sine laesionis[13] offendiculo svavius[14] equitaret in equo. Cuiuslibet[15] primi ordinis mulierum[16] talis erat cultus[17] atque incessus. Postea vero equitum ornatorum[18] acies sequebatur[19] infinita, qui ab omni eas sequentium strepitu tuebantur et laesione. Secundo sequebatur loco mulierum non modica multitudo, quarum obsequiis varia hominum genera insistebant peditum ac militantium; sed tantus erat[20] servire volentium strepitus tantaque[21] multitudo nociva, quod nec ipsae[22] obsequia capere nec illi commode[23] poterant esse servire[24] parati[25], et sic servitii copia in maximam[26] eis[27] vertebatur inopiam atque angustiam, et pro[28] magno[29] quidem solatio[30] sibi[31] reputarent, si

1) *O*; Pretios. erat *A* Pretiosissimisque *B* 2) etiam *A om. B* erat induta *CFZb* erat indutus *D* 3) deaur. erat *B* 4) amictus *D* 5) altero uero *B* 6) strenuis decorata *CFZ* decoratus *D* 7) *om. BO* 8) tertius *Zb* 9) in eius erat obsequio miles *Zb* 10) pedester *B* qui semper in eius pedes *H* 11) cor. ips. *om. H* 12) equi frenum *VZ* 13) offensionis offendic. *A* precipitationis offendic. *B* lesionis offendic. *V* lesionis offensa *Zb* 14) suaui *B* 15) cuiusl. quidem *CDZ* 16) mulieris *BO* 17) cult. atq. *om. B* 18) amatorum *D* 19) *om. A* 20) *O*; *om. T* 21) tantaue *Zb* tantaque fuit *B* 22) ipsa *H* 23) ad seruiendum *B* 24) *om. B* 25) *om. E* poterant seruire paratius *H* poterant seruire parati *b* 26) maxima . . . inopia . . . angustia *B* 27) ipsis *B om. E* 28) *om. B* 29) magnum . . . solatium *B* 30) seruitio *C* 31) *om. Zb*

suis[1] propriis relinquerentur obsequiis. Tertio vero loco sequebatur quarundam mulierum vilis[2] et abiectus exercitus. Erant enim mulieres pulcherrimae valde[3], sed vestimentis erant opertae[4] turpissimis et temporis qualitati contrariis. Nam, quum in validiori[5] aestatis[6] essent constitutae calore[7], vulpinis invitae[8] vestibus utebantur; praeterea[9] turpes nimis[10] et indecentes indecenter[11] equitabant caballos scilicet macilentos valde et graviter trottantes[12] et neque frena[13] neque sellas habentes et claudicantibus pedibus incedentes. Istarum labores nullorum iuvabantur auxiliis, omnium quidem erant suffragiis[14] destitutae, et praeterea[15] tantum[16] praecedentes pedites et equitantes commotum[17] pedibus immittebant[18] pulverem, quod se ipsas videre vix poterant, quia oculos ex pulvere gravatos habebant et[19] labia impedita[20].

Haec autem[21] omnia quum diligenter aspicerem[22], et, quid hoc esset, vehementi coepissem animo cogitare, domina quaedam solemni forma composita, quae post omnium sequebatur incessum habens equum macerrimum et turpem et[23] tribus pedibus claudicantem, proprio me vocavit nomine et etiam[24] ad se me[25] ire[26] praecepit. Ad quam

---

[1]) *om. Zb* [2]) uilium *A* [3]) *om. VZ* [4]) cooperte *BH* [5]) ualidioris *VEb* [6]) estate *H* [7]) caloris *H* [8]) inuicem *A om. B* munimine *D* inuite *ct.* [9]) propterea *B* [10]) nim. erant *B* [11]) *om. B* [12]) tractantes *C* [13]) frenum *H* [14]) penitus suffragio *O* [15]) *om. B* [16]) tam preced. ped. quam equitantes *B* [17]) tantum *B* [18]) *O*; imminebant *A* commouebant *B* [19]) etiam *A* [20]) impudica *B* [21]) *om. D* [22]) inspicerem *H* [23]) tribus quoque *B* [24]) *om. O* [25]) *om. CFb* [26]) uenire *D*

quum venissem[1] et eius[2] venustam cernerem faciem atque decoram et eam[3] in tam turpi[4] equo sedere[5], meum sibi statim[6] obtuli equum. Sed quum eum[7] recusasset accipere, talia mihi verba coepit proponere: Dominum petis tuum; sed[8] hic illum invenire non poteris, quia longius ab eius digressus es itinere.

Et ego respondi: Rogo[9], domina, ut rectam mihi, si placet[10], viam indicare digneris[11].

Cui et ipsa respondit[12]: Nisi primo praesentem militiam in propriis positam[13] castris aspexeris, securam tibi viam indicare[14] non possum[15].

Et ego sic[16] respondi: Rogo igitur, ut mihi cures[17], si libet, asserere, cuius sit haec, quam cerno, militia[18], et quare mulier tam formosa adeo[19] vilem equum et tam sibi abiecta praeelegit vestimenta[20] portare.

Cui[21] et ipsa mulier respondit: Hic[22], quem vides, est exercitus mortuorum. — Quod quum audissem, meus statim[23] ultra modum turbatus est animus et facies alterata, et mea cuncta[24] de propriis sedibus coeperunt ossa moveri. Tremebundus igitur factus et[25] nimis exterritus libenter

---

1) iuissem *CZb* 2) cuius *A* 3) *om. B* 4) uili *B* 5) sedere uiderem *CDHb* 6) *om. H* 7) *om. H* 8) sed eum hic inv. *H* 9) *om. B* 10) placeat *B* 11) dignemini *E* 12) Et ipsa mihi respondit *H* 13) repositam *O* 14) monstrare *B* 15) possem *BCDH* 16) *om. B* cui sic ego *CDH* cui sic *E* 17) curetis *H* 18) militiam *DH* 19) *O*; adeo tam *A* tam *B* 20) ornamenta *Zb* 21) cui sic illa respondit *VE* Illa sic respondit *H* 22) *BC*[?]*DHb*; hunc *AEF* 23) *om. Zb* 24) *om. Zb* 25) et nimium perterritus *B* et-exterr. *om. Zb*

volui[1] ab hac societate discedere; sed haec me coepit statim suo confortare sermone et[2] ab omni me periculo illaesum conservare promisit. Sic[3] enim ait: Securior hic et[4] tutior permanebis quam in domo paterna. Quo audito iam quasi emissum[5] vivificantem[6] resumpsi spiritum et ei[7] propius[8] accedens de omnibus coepi diligenter inquirere, et ipsa seriatim cuncta narrare ita[9] dicens[10]:

Miles, quem vides cuncto[11] populo aureo diademate coronatum praecedere, deus est amoris, qui singulis septimanis una die praesenti[12] cernitur adiunctus militiae[13] et cuique, prout bene vel male gessit in vita, mirabiliter[14] pro cuiusque retribuit[15] meritis[16].

Mulieres igitur, quae tam ornatae[17] et honorificae primo loco post ipsum sequuntur, sunt illae beatissimae[18] feminae, quae, dum[19] viverent[20], sapienter se amoris noverunt praebere militibus et amare volentibus cunctum praestare favorem et sub commento[21] amoris subdole[22] amorem[23] petentibus digna praenoverunt responsa tribuere,

---

1) voluissem *B* 2) *om. A* ab omnique peric. *B* atque me ab omni *Zb* 3) Sic respondens *D* Ait enim *IZb* 4) *om. A* 5) amissum *DI* 6) *O;* uiuificatum *T* 7) eius *A* eam *BH* 8) proprius *TD* 9) *om. BZb* 10) *om. H* 11) cunctum populum *B* 12) societati presenti *B* 13) *om. B* 14) mirabili pro meritis compensatione retribuit *Eb* mirabili compens. tribuit *H* mirabiliter retribuit *F* 15) meritis retrib. premia *B* 16) *om. FH* 17) honorate *A* ornatissime *F* 18) beat. ac gloriose fem. *CD* beat. mulieres et gloriose *H* humilissime mulieres *E* 19) cum *A* 20) vixerunt *B* 21) *CFIZb*; augumento *A* amoris figmento *B* sub am. fomento *D* 22) doloso *B* 23) et uulpina fraude loquentibus *CZb* amor.-tribuere *om. E*

pro quo nunc plenariam consequuntur mercedem et infinitis muneribus honorantur. Quae vero secundo loco sequuntur et tantorum affliguntur obsequiis, sunt mulieres istae immundae[1], quae, dum viverent, non sunt veritae cunctorum se voluptati[2] exponere, sed petentium omnium fuerunt annuentes libidini et[3] nulli petenti suae ianuae negaverunt ingressum. Et ideo talia in hac curia meruerunt praemia capere, ut[4] pro immoderata sui largitione et hominum indiscreta susceptione indiscrete et sine modo innumerabilium fatigantur[5] personarum obsequiis, et talia sibi servitia in nociva convertuntur[6] contraria et in summam valde angustiam et contumeliam[7]. Quae vero[8] ultimo loco sequuntur tam vili[9] compositione dispositae[10] et habitu incedentes abiecto et quibuslibet[11] carentes auxiliis omnique poenarum genere fatigatae, ut manifeste potes oculis[12] conspicere propiis, in quarum et[13] ego sum inserta collegio, sunt illae omnium mulierum miserrimae, quae, dum viverent[14], cunctis amoris intrare palatium clausere[15] volentibus nec[16] aliquibus bona facientibus vel ab iis benefaciendi

---

[1]) in munde *T* istae imm. *om. H* [2]) *CDZb*; uoluntati *TF* [3]) nullique pulsanti *B* [4]) ut scilicet *B* [5]) fungantur *CD*[?]*b* funguntur *FZ* [6]) conuertantur *CD*[?]*E* *om. b* [7]) contum. comitantur *b* [8]) *B*; enim *A* autem *O* [9]) humili *O* [10]) *VZ*; dispositione *T* composite positione *b* [*verbum*: dispositae *fortasse omittendum est. Videtur ortum ex verbo*: dispositione, *quod in textum irrepsit*] [11]) cuiuslibet *BH* [12]) *om. B* [13]) *om. BC* [14]) uiuerunt *ACI* vixerint *B* uiuerent *DFHb* quae-viv. *om. E* [15]) portam clausere *VE* claus. portam *H* [16]) nec-facient. *om. Z*

causam et favorem petentibus[1] voluerunt[2] pro[3] meritis respondere, sed omnes[4] amoris postulantes[5] deservire militiae abiecerunt et[6] tanquam sibi odiosos repulerunt[7] eum[8] non recolentes omnino, qui deus amoris dicitur, cui militare quaerebant, qui postulabant[9] amari, et ideo nunc merito haec patimur et ab amoris digna rege factis[10] suscepimus[11] praemia, per quem universus regitur mundus, et sine ipso nihil boni[12] aliquis[13] operatur in orbe. Praeterea tot sumus aliis poenarum addictae[14] generibus, quas nullus posset nisi[15] per experientiam scire docentem, quod[16] mihi narrare imposibile tibique satis esset audire difficile. Caveant ergo mulieres in saeculo viventes, ne harum sint[17] nobis consortes poenarum, quia post mortem nulla sibi[18] poterit poenitudine[19] subveniri[20].

Et[21] ego mulieri respondi: Ut video et manifeste cognosco, qui amori elegerit[22] beneplacita facere, centuplicata illa retributione suscipiet, et, eundem[23] qui offendere fuerit ausus, commissum[24] impune transire non poterit, sed, ut mihi videtur,

---

1) postulantibus *B* 2) volebant *B* noluerunt *O* 3) p. mer. *om. B* 4) cunctos *B* 5) affectantes *B* 6) et-repul. *om. B* 7) retulerunt *A* 8) omnino non recolentes *b* 9) desiderabant *B* 10) *om. B* 11) suscipimus *CFZ* 12) *O*; *om. T* 13) *om. B* 14) *E*; aducte *A* adducte *B* adiecte *CH* addite *DFb* 15) nisi expertus docere *B* nisi experientia summa doceri *F* 16) Et has *B* 17) fiant *B* 18) eis poterunt suffragia subuenire *B* 19) penitudo *H* 20) subuenire *ACH* 21) Cui ego sic resp. *DEF* Cui sic resp. *C* Cui sic ego resp. *H* 22) elegit *B* eligitur *C* 23) eiusdem *A* 24) *O*; missum *A om. B*

ultra millecuplum, quam fuerit commissum in[1] eum, constat vindicari[2] delictum. Talem igitur deum[3] non est offendere tutum, sed in omnibus est sibi servire tutissimum, qui talibus suos novit praemiis munerare[4] et suos contemptores tam gravibus poenis affligere[5]. Rogo itaque, domina mea[6], et pro viribus supplico, ut recedendi mihi licentiam largiaris, ut haec valeam dominabus, quae vidi, ita[7] narrare[8].

Et[9] ipsa[10] mihi[11] taliter respondit: Recedendi licentiam habere non potes, nisi de nobis maiores et duriores poenas cognoveris[12] et maius aliarum[13] gaudium atque beatitudinem aspexeris[14].

Dum igitur talia conferendo[15] longum transitum fecerimus[16], in locum delectabilem valde pervenimus, ubi erant prata pulcherrima meliusque disposita, quam unquam mortalium viderit[17] ullus. Erat enim undique locus[18] omnium[19] generum pomiferis et odoriferis circumclusus arboribus, quarum quaelibet iuxta sui generis qualitatem fructibus decorabatur egregiis. Praeterea in rotunditatis modum locus erat redactus[20] trinisque[21] distinctus[22] partibus. Prima pars quidem in[23] interiori erat loco

---

[1]) *om. Zb* [2]) iudicari *DH* vindicare *Eb* [3]) dominum *Vb om. E* [4]) honorare *B* decorare *E* [5]) efficere *C* afficere *P* [6]) *om. H* [7]) *AF*; *om. ct.* [8]) enarrare *Zb* [9]) at *1 om. O* [10]) Ipsa uero *CDZb* [11]) mihi tal. *om. EI* mihi tunc *F* mihi *om. H* [12]) aspexeris *D* addiscas *E* agnoscas *Hb* [13]) illarum *Zb* [14]) aspicias *Zb* [15]) referendo *C* conferendi *H* [16]) faceremus *O* [17]) viderat *E* [18]) *om. A* [19]) omniumque *A* [20]) reductus *D* [21]) tribusque *F* [22]) *O*; distinctis *T* [23]) in interioribus erat loci *VHb* interioris loci *E*

reposita et a media parte undique circumsaepta [1]. Tertia vero pars, in extremis posita, inter se et primam [2] ex omni parte mediam [2] perfecte circumeundo vallabat [3]. In prima igitur et interiori [4] parte in medio loci sedebat quaedam mirae altitudinis arbor universorum generum abundanter proferens fructus; cuius rami usque [5] ad interioris partis prolongabantur [6] extremitates [7]. Ad arboris quidem radices surgebat fons quidam mirabilis mundissimam [8] habens aquam, quae nectaris svavissimum praelibantibus [9] inducebat saporem; in qua [10] etiam [11] omnium generum pisciculorum species apparebant. Iuxta praedictum autem fontem in throno quodam ex auro et omni lapidum ornatu constructo regina sedebat amoris splendidissimam suo [12] capite gerens [13] coronam, et ipsa pretiosissimis [14] sedebat vestimentis [15] ornata auream manu virgam retinens. Ad cuius dextram [16] sedes erat parata omni pretiositate refulgens et claritudine, in qua nemo quidem [17] sedebat. Pars autem ista [18] videlicet interior vocabatur amoenitas, quia [19] in ea omnia inveniebantur delectabilia atque svavia. In hac autem parte interiori tori

---

[1]) *CDEb*; circumspecta *TFH* [2]) prima . . . media *A* media poterat pars perfecte circumiri *B* [3]) *O*; uelabat *A om. B* [4]) anteriori *A* [5]) *om. H* [6]) prorogabantur *O* [7]) extrema *Zb* [8]) mitissimam *H* nitidissimam *VEb* [9]) bibentibus *B* [10]) *AZb*; in aqua *C* in quo *BDF* [11]) et *A om. BF* [12]) in suo *C* [13]) ferens *O* [14]) pretiosissimus *A* preciosissima *H* [15]) vestibus *BD* [16]) dexterum *A* dextrum *B* [17]) *om. D* [18]) ista prima videl. et interior *CDE* ista prima videl. int. *Fb* illa prima videl. et interior *H* [19]) quoniam in ea cuncta *B*

erant parati quam plurimi, qui[1] miro erant modo perornati, siricinis scilicet ex omni parte operti[2] palliis et purpureis ornamentis. Ex praedicto autem fonte undique quam[3] plurimi derivabantur[4] rivuli atque ramusculi, qui ex omni parte rigabant[5] amoenitatem, et[6] singuli tori singulis decorabantur rivulis.

Pars vero secunda vocabatur[7] humiditas, cuius[8] erat dispositio talis: Rivuli quidem, qui propriis contenti alveis irrigabant amoenitatem, in hac parte secunda suas nimio[9] vires ostendebant[10] et[11] totam inundabant[12] humiditatem ita scilicet, quod herba mixta[13] simul[14] apparebat[15] cum aqua, sicut[16] tempore veris solet in[17] pratis pluvialibus apparere diebus[18]. Aqua vero[19] ista, postquam[20] in hanc fluebat partem, adeo fiebat frigida, quod nullus posset eam tactu[21] tolerare vivens[21]; desuper vero calor solis intolerabilis descendebat, nullis enim[22] locus[23] obumbrabatur arboribus. Haec quidem[24] aqua ultra partis istius non extendebatur terminos.

Tertia vero pars et extrema vocabatur siccitas et[25]

---

1) qui-perornati *om. A* qui mire pulchritudinis modo-fuerunt dispositi *B* 2) cooperti *BDHb* comperti *E* 3) quam pl. *om. B* 4) *O*; deuiabantur *A* emanabant *B* 5) irrigabant *BO* 6) et-rivulis *om. B* 7) nominabatur *B* 8) cuius-ostend. *om. B* 9) sine modo *CDZb* modo *F* 10) extendebant *C* 11) *add. B*: merito cum aqua fontis predicti 12) inundabat *B* 13) iusta [= iuxta] *A* iuxta *b* 14) *om. B* 15) apparebant *A* videbatur *B* 16) veluti *B* 17) tprantis *A* temporatis *B* 18) *om. B* 19) *om. B* 20) *om. B* 21) tactus ... uiuentis *O* 22) *om. B* 23) *om. H* 24) autem *B* 25) et mer. *om. B*

merito, quia omnis deerat humiditas, omnisque locum [1] occupabat [2] ariditas, et solaris radius [3] caloris erat acutus [4] et igneo vapori [5] nequaquam absimilis [6], terrae autem superficies quasi solum [7] fornacis calidae [8]. Locus autem [9] iste undique habebat [10] infinitos spinarum fasciculos colligatos et in [11] quolibet fasciculo lignum erat quoddam pertractum [12] per [13] medium, excedens ex utraque parte fasciculum pro [14] duorum cubitorum mensura, et ex [15] utroque capite ligni vir quidam stabat fortissimus ligni [16] tenens [17] caput in manibus. Erat autem ibi [18] via quaedam pulcherrima, per siccitatem et humiditatem ad [19] amoenitatem deducens, in qua nullum [20] omnino praedictorum sentiebatur incommodorum [21].

Quum vero ad ista devenerimus loca [22], viam [22] primus rex amoris ingressus [23] in amplexu ab amoris est regina susceptus et [24] ea iuvante in parata sibi sede receptus crystallinam sua manu tenens [25] virgam, et eum per eandem viam universus primi ordinis mulierum ac militantium est chorus [26] secutus.

---

[1]) loc. istum *B* [2]) occupat *CF* occupauerat *D* [3]) radii . . . erant *C* ibi radius *H* [4]) acuti *CDZb* [5]) *O*; vapore *T* [6]) *Zb*; ab siluis *A* fuisset comparandus *B* absms *C* assimilis *D* abselleris *F* [7]) *om.* *B* solium *H* [8]) forn. erat calidissime *B* [9]) *O*; erat *A* Loc.-iste *om.* *B* [10]) habens *B* [11]) per cuiuslibet fasciculi *B* [12]) protractum *CDE* [13]) *om.* *B* [14]) per . . . mensuram *BDH* [15]) unumquodque caput *B* [16]) *om.* *B* [17]) tenens ipsum caput *B* [18]) Erat autem *A* erat enim ibi *B* Erat ibi autem *CFH* Erat autem ibi *DEb* [19]) *om.* *A* [20]) nullus *AFHb* nullius *CDE* nullum predict. *B* [21]) *B*; incommodum *E* incommoda *F* incommodi *ct.* [22]) *O*; locamina *A* loca viam hanc *B* [23]) ingressus est et *B* [24]) et-receptus *O* *om.* *T* [25]) retinens *O* [26]) cetus *H*

Et cuique mulierum ornatissimi erat sedes lecti parata; militantes vero suo[1] sibi eligebant[2] sedes arbitrio. Quanta quidem istis erat beatitudo et gloria, humana non posset vobis lingua referre. Nam totus amoenitatis locus istarum[3] est[4] voluptatibus assignatus, et cuiuslibet coram eis generis ludebant ioculatores atque[5] psallebant, et omnia instrumentorum ibi musicae genera resonabant. Secundo per[6] eandem intravit viam totus sequentis ordinis mulierum[7] communium[8] et eisdem servire volentium masculorum[9] chorus, et usque ad amoenitatis[10] circulum pervenerunt; quem quum pertransire[11] non possent, per humiditatem coeperunt[12] sua frena laxare et[13], quae poterant, ibi[14] solatia capere, quia[15] ille sibi erat locus ab amoris curia deputatus; ubi[16] quantus stridor erat et gemitus, satis esset narrare difficile. Multum[17] etiam istarum mulierum poenarum erat[18] augmentum gloria, quam habere videbant in amoenitate morantes. Tertio subintrabat per eundem locum mulierum chorus[19] posterior, quae amoris compati militibus noluerunt, et usque ad humiditatis[20] circulum[21] devenerunt[22]. Sed quum eis non[23] pateret ingressus, coeperunt per siccitatis

---

1) *O*; suas *T* 2) *O*; colligebant *T* 3) istorum *O* 4) fuit *B* 5) cantores vero *B* 6) per-ordinis *om. B* 7) vero mulierum *B* 8) commun.-volent. *om. B* 9) ac masc. *B* 10) rotunditatis *A* 11) intrare *B* 12) singuli sua coep. *B* 13) sed *B* 14) sibi *D* 15) cum ille tormentorum locus ab am. rege ipsis erat *B* 16) Ibi *BD* 17) Magnum *B* 18) augm. fuerat *B* 19) cetus *O* 20) amenitatis *A* 21) cingulum *D* angulum *FHb* 22) venerunt *B* deuenire *CDE* 23) ultra non *BO*

circumfluere partes, quia ille[1] sibi erat locus ab antiquo paratus. Ibi autem cuilibet illarum super spinarum fuit sedes parata fasciculo et per viros ibi, ut supra dictum est, deputatos[2] semper fasciculus movebatur, ut acrius spinarum dilacerarentur aculeis, et nudis plantis ignitum pertingebant[3] solum. Tantus quidem dolor tantaque[4] ibi erat afflictio, quantam[5] vix[6] crederem inter ipsas Tartareas potestates adesse[7].

Haec autem quum vidissem, licentiam abeundi quaesivi. Et ipsa mihi dixit[8]: Licentiam ego[9] tibi dare non possum, sed tuum hic equum relinque; unde[10] rex intravit amoris, ad ipsum ire festina et ab eo tanquam domino[11] licentiam petere cura, et, quae tibi praecipiet, studeas diligenter attendere. Etiam[12] pro me ipsa[13] non sis exorare obliviosus. Quo percepto per praedictam[14] viam ad regis[15] amoris sum deductus aspectum et ei dixi: Rex potens et gloriose, omnimodas tibi[16] gratias ago, quia[17] tua mihi magnalia et[18] mirabilia tuique[19] regni dignatus[20] es[21] revelare secreta[22]. Tuae[23] igitur indesinenter clementiae supplico, ut, quae[24] tibi placet, mihi tuo[25] digneris

---

1) *O*; *om. A* ipsis er. loc. ille *B* 2) putatos *TC* 3) perting. lapidem *B* pertingebat solium *H* 4) tantaque-affl. *om. B* 5) *DZb*; quanta *ACF* quantas *B* 6) virum *B* 7) esse *B* 8) respondit *D* 9) *om. BZb* 10) et dum rex *B* et per uiam unde rex *O* 11) a domino *CZb* 12) et *O* 13) ipsum *CEb* ipso *D* 14) eandem *CZ* 15) *om. CDE* 16) vobis *B* 17) qui vestra *B* quod tua *CDZb* qui tua *F* 18) *om. B* et mir. *om H* 19) vestrique *B* 20) voluistis *B* 21) *om. B* 22) atque secr. *B* 23) Vestre *B* 24) quod *CDZ* 25) vestro dignemini *B*

servo praecipere et, quae sint in amore praecepta principalia, veraciter indicare et illam mulierem, per cuius sum operationem tali[1] visione beatus[2], meae intercessionis iuvamine a poenis gravioribus propitius[3] liberare et cum istis[4], quas hic[5] tam honorifice collocatas aspicio, intra[6] huius amoenitatis misericorditer loca reponere, postmodum vero mihi commeatum praestare, si placet. Ipse[7] vero mihi talia responsa porrexit: Nostra tibi sunt concessa videre magnalia, ut per[8] te nostra[9] valeat ignorantibus gloria revelari, et ut tua praesens visio sit multarum dominarum salutis occasio. Tibi ergo firmiter mandamus atque iniungimus, ut, ubicunque dominam alicuius valoris inveneris a nostra semita deviare amoris recusando subire certamina, hanc sibi[10] visionem narrare procures et eam ab erroris proposito revocare, ut poenas possit[11] tam[12] gravissimas evitare et in praesenti valeat[13] gloria collocari[14].

Duodecim[15] autem scias esse principalia quae sequuntur amoris praecepta[16]:

---

[1]) a tali *B* [2]) *O*; liberatus *T* [3]) praeceptis propitius *H* [4]) ipsis *H* [5]) *om. BH* [6]) *Db*; inter *TZCF* [7]) Ipse vero talia *H* Ipse-magn. *om. C* [8]) per te *om. B* [9]) *om. ADb* [10]) sibi seriatim *CDZb* [11]) valeat *B* [12]) *om. B* [13]) *om. B* [14]) *add. Bm.*: Praecepta amoris [*alia man.*]; *D*: Incipiunt XIII amoris precepta; *G*: XIII precepta amoris; *H*: Hic dantur precepta amoris ab ipso deo amoris; *b:* Quot sunt principalia amoris praecepta [15]) Tu *C* Tredecim *DG* quatuordecim *I* [*alium ordinem praeceptorum T servant, alium cett. codd., ubi hanc invenias seriem:* 1. 5. 9. 10. 6. 2. 3. 4. 7 (*in duo divisum*). 11. 12. 8] [16]) *add. I*: Que sunt precepta amoris

I. Avaritiam sicut[1] nocivam pestem effugias et eius contrarium amplectaris[2].

II. Castitatem servare debes amanti[3].

III. Alterius idonee copulatam amori scienter subvertere non coneris.

IV. Eius non cures amorem eligere, cum qua naturalis nuptias contrahere prohibet tibi[4] pudor.

V. Mendacia omnino[5] vitare memento.

VI. Amoris tui secretarios noli plures habere.

VII. Dominarum praeceptis in omnibus obediens[6] semper[7] studeas[8] amoris aggregari militiae.

VIII. In amoris praestando et recipiendo solatia omnis debet verecundiae pudor[9] adesse[10].

IX. Maledicus[11] esse non debes.

X. Amantium noli exsistere[12] propalator.

XI. In omnibus urbanum te constituas et curialem.

XII. In amoris exercendo solatia voluntatem non excedas[13] amantis[14].

Sunt[15] et alia amoris[16] praecepta[17] minora[18], quorum tibi non expediret auditus[19], quae etiam[20] in[21] libro ad Gualterium[22] scripto[23] reperies.

---

[1]) *om. D* [2]) *add. D*: scilicet largitatem [3]) *Hoc praeceptum om. b* [4]) *om. F* [5]) omni modo *C* [6]) obediens perseuera *CDGIZb* [7]) Amor. semp. stud. agg. *CDGIZb* [8]) stud. amoris adesse perseuera aggregari militie *F* [9]) rubor *OG* [10]) abesse *TCE* [11]) Maledicens *B* [12]) propal. existere *OGI* [13]) attendas *C* [14]) *add. b*: Quod plura sint praecepta, quam hic dicta sunt, infra in libro ad Gualterum misso reperietur [15]) Sunt autem *CDGZb* [16]) minoris *H* [17]) minora *VE* [18]) minor *A* quorum minor tibi *B* precepta *VE* amoris *H om. I* maiora *b* [19]) *om. B* [20]) et a *H* [21]) in libro *om. E* in lib. ad *om. H* apud Gualterum *b* [22]) Galtero *H* Gualterum *BD* [23]) scripta *Hb*

Mulier autem, pro qua rogasti, intra istius[1] non potest amoenitatis moenia[2], sicut postulas, collocari, quia propria[3] opera contradicunt intra[4] tam gloriosa domicilia permanere. Tuae tamen intercessionis gratia pinguem equum et svavem cum freno et sella concedimus, et ut nullos habeat ministros circa spinarum fasciculum frigidumque[5] de nostra licentia teneat[6] sub pedibus lapidem. Accipias ergo hunc crystallinum baculum et cum nostra recedas gratia; in priori[7] autem fluvio, quem[8] inveneris, eum[9] proiicias. Accepto[10] vero ad recedendum[11] itinere et[12] ad eam, quae me duxerat, dominam reverso[13], eam inveni super fasciculo sine ministris sedentem et super recenti lapide suos pedes svavissime tenentem[14] ac pinguissimum et valde ornatum equum iuxta se habentem et[15] modicam[16] satis poenam patientem; quae mihi grates immensas[17] oblulit atque subiunxit: Cum superna[18] gratia recedas, amice, quia de huius curiae negotiis amplius[19] videre non potes[20]. Est enim[21] ultra duplum[22], quam videris, earum gloria maior nostraque poena intensa[23], quae nulli viventi[24] sunt[25] videre concessa. Post

---

1) huius *BG* 2) munimina *BCFGZ* munimenta *D* ianuam *b* 3) propria sibi *OGI* 4) inter *TF*[?]*b* 5) firmumque *A* 6) teneat sibi *H* 7) posteriori *T* priori *V* primo *Zb* 8) quod *A* 9) baculum *O* 10) arrepto *ADFZ* 11) ad. rec. *om. H* 12) *om. BGH* 13) reuertar *H* reuertens *G* 14) retinentem *O* 15) *om. B* 16) penamve sat. mod. *B* 17) *O*; intensas *T* 18) *O*; supina *A* supremi *B* 19) *O*; *om. A* plura *B* 20) poteris *D* 21) tamen *B* igitur *H* 22) decuplum *B* 23) intensior *BG* immensa *DE* 24) uiuentium *O* 25) est *H*

haec autem equum ascendi proprium et in momento[1] oculi circa fluenta sum deductus aquarum. Ibi[2] crystallina virga dimissa illaesus ad propria remeavi[3].

Aspicias[4] ergo, domina mea, quanta est[5] amare afflictio nolentis, quantisque subiiciatur[6] angustiis, et quantum decus mereantur[7] et[8] gloriam, quae amoris portam intrare non clausere[9] volentibus, ut vestrae[10] opinionis errore deposito praedicta mereamini[11] suscipere praemia et[12] praefatas angustias declinare. Indecens enim esset et[13] desperabile malum induceret[14], si mulier tam sapiens tamque venusta specie decorata inveniatur[15] poenis subiacere tam gravibus totve pericula sustinere. Quantum igitur[16] ad vestram[17] videtur spectare personam, amoris sum delegationis onere[18] liberatus; vos autem taliter eius studeatis exaudire praecepta, ut ad[19] eius beatitudinis mereamini gloriam introire.

Mulier ait: Si vera sunt[20], quae tua proponit assertio, amoris est gloriosum deservire ministeriis[21], et eiusdem est periculosum valde[22] refragari[23] mandatis. Sive igitur vera sint[24] sive falsa, quae[25]

---

[1]) ictu *H* in minori ictu oculi mora sum ded. *E* [2]) ibique *BO* [3]) *add. b*: Completis his verbis sic conclusit [4]) Aspiciatis *B* [5]) sit *B* [6]) subiciantur *Z* [7]) mereatur *D* [8]) in *A* [9]) claudunt *B* [10]) tue *H* [11]) merearis *H* [12]) et-decl. *om. H* [13]) etiam *A* ac *B* [14]) *om. H* [15]) inueniretur *B* mereatur *H* [16]) sibi *A* [17]) tuam *H* [18]) honore *CF* [19]) *om. O* [20]) sint *B* [21]) *BE*; ministris *A* ministerium *H* misteriis *ct.* [22]) *om. B* [23]) *CZ*; refragare *TFb* naufragari *D* [24]) sunt siue falsa sunt *H* [25]) *O*; quam *T*

proponis, terribilium[1] me deterret poenarum relatio, et[2] ideo ab amoris nolo militia exsistere aliena, sed eius affecto consortio copulari et in meridiana mihi porta domicilium invenire. Oportet me igitur meridianae portae dominarum consvetudinem per omnia reservare, ut nec quemlibet reiiciam nec[3] quemlibet ad amoris portam pulsantem admittam. Curabo[4] igitur cognoscere, quis dignus reperiatur ingressu, et ipsum examinata et[5] cognita veritate suscipiam.

Homo ait: Gratias ago amoris potentissimo regi, qui vestrum dignatus est revocare propositum dirumque fugavit errorem; sed quod velle deliberare contenditis[6], utrum clamans ad palatii portam amoris sim[7] admittendus, res amara nimis verbumque[8] satis mihi videtur acerbum. Nam si de meae vobis[9] constat probitate personae, deliberationi non potest locus de[10] iure patere. Quia tamen non omnia benefacta facile[11] possunt ad omnium[12] devenire notitiam, esse potest, quod mea vobis[13] facta sunt incognita, et ideo forte, quo ad conscientiam vestram, iuste fuit a vobis[14] postulata deliberatio. Adeo tamen de[15] meae confido probitatis operibus et[16] de vestrae nobili-

---

1) *C*; terr.-deterret *om. TF* ipsa me terr. *Zb* ipsa tamen terr. *D* 2) *om. B* 3) nec queml. *om. A* reiiciam-queml. *om. F* 4) Cur.-exam. *om. T* 5) sed *B* 6) contempnitis *H* 7) *O*; sit *T* 8) que satis *om. BH* 9) tibi *AVZ* 10) *om. H* 11) *om. H* 12) cunctorũm *B* dominarum *H* 13) vob. facta sint *B* sunt uob. facta inc. *VE* sint uob. f. recognita *H* 14) nobis *AC* 15) in *B* 16) *om. A*

tatis libramine[1], quod licet, quam[2] quaero, differatur mihi largitio, non tamen credo, obsequia[3] diu posse suis meritis defraudari. Velit ergo Deus, ut meae[4] spei fructum sentiam efficacem, et sicut mihi recedenti de vobis assidua cogitatio permanebit, ita de me[5] absente divina vos faciat cogitare potentia.

E[6]. Loquitur nobilior plebeiae.

Si nobilior plebeiae petat amorem, eundem potest retinere stilum, quo usus est nobilis, quum loqueretur[7] plebeiae. Potest etiam commode sub hac[8] alia[9] forma procedere: A longinquis[10] retro temporibus diem istam desideravi et plenarie in mente[11] gessi propositum meam vobis aperire mentem[12] et intentionem[13] et, quanta mihi sit de vobis assidue[14] cogitatio. Temporis tamen inopportunitas[15] usque nunc[16] distulit amantis elo-

---

[1]) *O*; liberamine *T* [2]) quod quare *A* ad presens differatur *B* eius quod quero *Vb* eius quam quero *E* illa qua quero michi *H* [3]) obs. mea *B* mea credo obsequia *VH* credo mea obs. *E* [4]) mei *A* me *C* [5]) mei *A* [6]) Incipit sextus tractatus acquirendi amoris continens sicut vir nobilior [*deest alqd.*] cum plebeia sic asserens *A* Si nobilior vir amorem deposcat plebeye mulieres *B om. C* Cap. VIII in quo loquitur nobilior plebeie *D* Loquitur nobilior plebeie *EF* De Amore nobilioris viri cum plebeia femina *H* Qualiter nobilior a plebeya petat amari *I* Qualiter loqui debeat nobilior mulieri plebeae *b* [7]) loquitur *H* [8]) *om. H* [9]) *om. D* [10]) longis *V* [11]) in m. *om. H* [12]) mentionem *B* [13]) et intent. *om. BE* [14]) cotidie *B* assidua *CHb* [15]) importunitas *TCEFb* inoportunitatis *D* oportunitas *H* [16]) usque n. *om. Zb*

quium[1]. Sciatis igitur, me totius mentis in vobis cogitationem et ancoram posuisse, nihilque me posse[2].in saeculo isto beare[3] nisi[4] pretiosissimum personae vestrae thesaurum. Nam sine ipso nihil mihi videtur in saeculo[5] possidere, et[6] omnium saecularium rerum abundantia pro[7] summa mihi reputatur inopia[8]. Solus[9] vester amor regis me posset[10] diademate coronare et in summa rerum inopia me[11] cunctis facere[12] divitiis abundare. Spes[13] vestri amoris me vivum conservat in orbe, de quo desperatus sum[14] coactus de vita migrare[15]. Suis igitur[16] obsequiis me conservare dignetur[17] gratia vestra et comitis non repellat[18] amorem. Comes enim[19] solus vel eo superior tanto[20] reperitur[21] dignus amore. Absit enim, ut tantus decor tantaque morum probitas ex plebe sibi curet amantem eligere. Cogitet ergo prudentia vestra super loquentis comitis fide atque devotione et ei digna suis meritis responsa retribuat[22].

Mulier ait: Illa quidem plebeia esset[23] vere beata, quae comitis digna reperiretur[24] amore: Sed vos attente[25] inspicite[26], qua reperiatur laude vel praemio dignus comes vel marchio, qui plebeiae

---

[1]) colloquium *O* [2]) carius in hoc seculo posse *B* [3]) *O*; habere *T* [4]) quam *B* [5]) mondo *B* [6]) sed *B* [7]) sine vobis *B* pr. sum. *om. E* [8]) pro inopia *B* [9]) Solus igitur *B* Solus enim *D* Solus quippe *b* [10]) *om. Z* [11]) *om. B* [12]) faceret *CFZb* [13]) Spes enim *BH* Nam spes *D* [14]) ero *B om. O* [15]) migrarem *VHb* [16]) itaque *B* ergo *Zb* [17]) dignatur *B* [18]) repellit *H* [19]) igitur *H* [20]) *O*; tanta *A* tantum *B* [21]) reperiatur *D* [22]) tribuat *F* [23]) esset re uera *VEb* re uera esset *H* [24]) reperitur *BF* [25]) curate *CFZb* [26]) inspicere *CFZb* aspicerem *D*

deposcit amorem. O, quam mirabilis astur debet ille iudicari, qui, perdicibus omissis[1] gruibus et fasianis[2], ex parvis passeribus et gallinarum filiis sibi curat quaerere victum. Gaudeo ergo[3], si comitis amore digna reperiar[4]; timeo tamen hominis alti et grandis genere tam[5] parvae[6] mulieris[7] petentis[8] amorem eligere. Videtur namque, quod[9] ex sola cordis illud procedat inopia. Magnanimes enim soli merentur dominarum scire[10] secreta et earum amore potiri[11]. Si meum igitur vobis[12] amorem fuero largita, et eorum quae in amore exiguntur in vestra persona defectus repeperiatur et ego ipsa, generis hoc proprii prohibente[13] natura, forsan habere non possem, non[14] diu noster[15] amor recte gubernari valeret[16]. Melius est ergo ab initio abstinere quam post causam iam[17] inceptam poenitudine[18] coartari.

Homo ait: Ibi quisque debet sibi[19] postulare amorem, ubi amoris svasione constringitur. Ille enim est[20] amor electus, qui in quocunque ordine ex placibilitate[21] et delectatione formae cuiusque[22] solummodo[23] sumpsit originem, non[24] qui ob generis tantum quaeritur[25] praerogativam. Amoris

---

[1]) *O*; emensis *A om. B* [2]) fas. postpositis *B* [3]) Gaudeo-reperiar *om. H* [4]) reperior *Fb* [5]) solatia *B* [6]) *B*; praue *A* parua *O* [7]) *om. O* [8]) querentis *B* [9]) *om. H* [10]) potiri secretis *b* [11]) *om. b* [12]) *om. A* uobis ig. *C* am. fuero uobis *D* am. vob. fuero *FH* [13]) probitatem *AH* probitatis *B* [14]) *om. BH* non diu *om E* [15]) *Bb*; n. amor *om. D* uester *ct.* [16]) non valet *A* non valetur *H* [17]) *om. BO* [18]) inani poenit. *CDZb* [19]) *om. BF* [20]) solus est *B* Ille est igitur *H* [21]) placabilitate *Hb* [22]) cuique *A* [23]) *om. B* [24]) non vero *B* [25]) querit *A* queratur *H*

itaque non subverto praecepta, si ex minori ordine mihi curem amorem eligere, sed eius in hoc videor mandatis obsecundare[1]. Est namque tale praeceptum amoris: Qui[2] vero[3] cupit amore potiri, propriae fines non audeat voluntatis excedere nec ordines[4] discernat[5] amori[6], qui ex quolibet genere suum vult[7] exornare palatium, et omnes in sua curia aequaliter militare nulla[8] ordinum praerogativa servata. Plebeia ergo in amoris curia aequali cum comite vel comitissa meruit ordine permanere. Quum[9] in vos tota[10] mei animi dirigatur voluntas, sine omni vos possum[11] reprehensione eligere, nec ex hoc parva sed valde magna petere iudicabor. Nam quum honorabili[12] amoris curia digna permaneatis[13] [honore[14]] et ad vestrum voluntas me cogit amorem, inter magnanimes vestra me debet prudentia reputare. A meo igitur non est abstinendum vobis amore, nisi bonis[15] me videritis moribus[16] destitutum et a bonis actibus alienum[17]. Praeterea pulchrius[18] accipiter suo volatu ingeniosam capit alaudam[19] quam pigram[20] qualiam et linea recta volantem.

Mulier ait: Etsi dictis[21] rationibus[22] ad vestrum forte[23] me possetis amorem coartare[24], alia me[25]

---

1) obedire *Z* (ob. mand. *H*) 2) quod qui *H* 3) *om. B* 4) ordinis *A* 5) discernit *B* 6) amoris *DE* 7) uoluit *O* 8) nullius ordinis *B* 9) Cum igitur *B* Cum in uos igitur *VH* Cum in uos ergo *Eb* 10) tota mentis intentione *D* 11) valeo *B* 12) in gloriosa *B* 13) reperiamini *B* 14) *om. CF* amore *E* 15) *om. H* 16) omnibus [?] meritis *H* 17) *add. OI*: Quod cum non sit, per omnia mereor in hac lite uictoriam reportare 18) pulch. est *A* pulch. est si *B* 19) alodam *A* 20) *CDHb*; pinguem *T* pingram *E* pictam *F* 21) dicitis *A* 22) *om. D* 23) *om. DH* 24) compellere *D* 25) tamen *B*

ratio ab[1] hac necessitate defendit[2], quia, etsi omnia nostris[3] succederent amplexibus prospera, si illud vulgi deveniret ad aures, omnes aperte meam famam reprehensione confunderent, quasi ultra modum propriae naturae metas excesserim. Praeterea maioris altitudinis homo feminam ordinis inferioris fideliter non solet amare, sed[4], si amet, cito eius fastidit[5] amorem et ipsam pro levi causa contemnit, quod manifesta ratione cognoscitur amoris obviare mandatis, in cuius curia generis nunquam potuit sibi locum[6] vindicare discrimen, sed, ordinis cuiuscunque reperiantur amantes, aequali[7] ordine consveverunt in amoris aula militiam promereri et nullius generis maioritatis[8] praerogativa[9] gaudere. Iusta[10] igitur[11] a vobis me tuetur[12] defensionis occasio, † ne generis inaequalitas vestrum[13] possit impedire propositum.

Homo ait: Mirandum[14] est nimis super prudentia vestra, quae[15] tam incauta nititur[16] se defensione munire. Qualis enim[17] esset amor ille, qui populo teste perficitur[18] et vulgi dilaniatur[19] affatibus? Nonne amoris praecepto testante in amore non licet secretarios plures habere? Prae-

---

[1]) de necessitate *B* [2]) me defendit *B* [3]) vestris *Z* [4]) Et *BH* Sed et *CDE* [5]) fastidio habet amorem *B* fastiditur amore *O* [6]) *om.* *T* [7]) aequ. ord. *om.* *F* [8]) maioris *B* nobilitatis *H* [9]) prerogatiuam *CEFb* [10]) Ista *H* [11]) igitur-generis *om.* *H* [12]) *TF*; me-tuetur *CDE* me a vobis tuetur *b* [13]) *CE*; nostrum *ct.* [14]) Mir. nimis videtur *CEFb* Mir. minus videtur *D* Mir. videtur sup. *H* [15]) cum *B* quod *O* [16]) nitatur *B* [17]) *om.* *B* [18]) proficitur *D* profiteretur *H* [19]) dilaniaretur *H*

terea valentiae alicuius vel probitatis mulier non debet aliquem hac intentione amare, ut propter assueta vaniloquia vulgi et insidiantium suspectos[1] rumores[2] retro ab incepti amoris tramite cedat, et[3] malorum ex hoc voluntas optatum[4] capiat[5] effectum. Nam, ut[6] bene novistis, reproborum est hoc propositum semper et cunctis[7] intentio manifesta, ubi[8] libet, facta impedire[9] bonorum et amantium solatiis[10] adversari. Vestra igitur discat serenitas[11] malorum turpiloquia dolosa contemnere et eorum declinare insidias, ne malorum facta bonis inveniantur esse nociva. Maius enim pravis hominibus non posset[12] praemium exhiberi[13], quam si suas persenserint fraudes vias impedire bonorum.

De fide autem mea et legalitate amoris[14] nec ego nec alius[15] plenam vobis fidem facere posset[16], quia Deus ipse solus[17] humani[18] cordis est scrutator et[19] testis; ei[20] soli hominum est[21] cogitatio manifesta. Factis ergo et operibus[22] exterioribus a femina sapienti interior debet cogitatio deprehendi. Si propria igitur facta vel opera vestro me constituunt indignum amore et iustam vobis afferunt[23] suspicionem, rogo, ut nullam apud vos

---

1) *O*; susceptor *A om. B* 2) amores *H* 3) cum *B* 4) operatum *A* 5) caperet *B* 6) *O*; si *T* 7) cunctis eorum est *B* 8) scilicet ut *B* cuilibet *D* quilibet *E* videlicet *H* 9) impediant *B* 10) sol. si valeant aduersentur *B* 11) seueritas *E* 12) possit *H* 13) exhibere *CEF* 14) *om. H* 15) *O*; aliquis *T* 16) possit *B* 17) *om. F* 18) ianue *B* 19) et test. *om. E* 20) et ei *H* 21) *om. H* 22) opibus *D* 23) asserunt *TD* aufferunt *F* auferant *H*

valeam misericordiam promereri. Et, si[1] proprios mihi actus noveritis de iure non posse nocere, plena vos exoro fiducia, ut ex vestro iudicio nulla mihi procedat iniuria. Nam, quum nullus alicui suam fidem ad plenum possit facere manifestam, eadem ratione quaelibet mulier unumquemque posset amantem repellere[2]. Videat ergo magna[3] prudentia vestra et subtili indagatione perquirat, quid deceat ad proposita respondere[4]. Nam, ut bene superius vestris reperitur insertum faminibus, quantumcunque unus amantium altero inveniatur[5] nobilior, post amoris initia aequalibus eos[6] oportet[7] in amoris[8] aula gradibus ambulare.

Mulier ait: Quamvis malorum insidiis non deceat cursum[9] impediri bonorum, non tamen sequitur, quod semper[10] invenire debeat bonorum[11] ancora ripas. Nam in cuiuslibet est positum mulieris arbitrio, ut, quum ab[12] ea postulatur amor, recuset amare, si placet[13], nec ex hoc aliqua potest iniuria deprehendi, sicut vestris novistis[14] dictis asserere. Quae enim[15] potest iniuria aestimari, si quidquam ab aliquo postulanti[16] petitae[17] rei[18] largitio denegatur[19]?

Homo ait: Vere profiteor in mulieris esse collatum arbitrium[20] postulanti, si velit, amorem[21]

---

1) *om. ADF* 2) eligere *F* 3) *om. H* 4) reddere *D* 5) reperitur *H* invenitur *b* 6) *om. A* 7) oporteat *B* 8) *om. H* 9) cursus *VEb* 10) *om. E* 11) *om. F* 12) *om. H* 13) placeat *B* 14) nisi estis *DEF* nisus estis *b* potestis *H* 15) *om. H* 16) postulatum *B* 17) petita *H* 18) *om. B* ei *H* 19) *AE*; denegetur *BVb* denegaretur *H* 20) arbitrio *B* profiteor mulieribus prolatum esse arb. si velint post. *H* 21) quod am. *B*

concedere[1], et[2], si non concedat, nullam videtur iniuriam facere; sed tunc sine dubio infertur iniuria amanti, quum ipse bonus propter facta malorum suis meritis defraudatur, vel quum propter vanam[3] suspicionem[4] eius non potest capere dignum labor effectum[5]. Debet enim mulier, quae postulatur amari, vel suum[6] amorem promittere[7] vel prorsus denegare petenti, vel, si de postulantis dubitet probitate, dicat: Primo[8] bona facias, quam bonorum praemia petas[9]. — Non enim[10] sub simulantium amare[11] velamento fidelis est recusandus amator, quia satis videtur iniquum, aliquem alterius iniquitate gravari.

Mulier ait: Postquam vobis magis placet[12], denegari prorsus amorem quam sub forsitaneo dubio respondere, vobis morem[13] gerere curo[14] et vos amare recuso.

Homo ait: Rogo, ut me certum reddat[15] prudentia vestra, si alium in corde amare disponitis[16].

Mulier ait: Nec me[17] cogit amoris lex, nec consvetudo me cogit[18] amantium, ut, quod corde gero, vobis faciam manifestum. Nam etsi[19] alium amare[20] disponerem[21], nec vos quaerere nec me vobis insinuare[22] deceret.

---

[1]) concedat *B* concedant *H* [2]) et-conced. *om. H* [3]) *O*; uariam *T* [4]) suspectionem *A* [5]) *add. D*; Quid debet facere mulier que postulatur amari *D* [6]) suum omnino *D* [7]) largiri *B* [8]) prius *B* [9]) petes *H* [10]) etiam *D* [11]) amore *Hb* [12]) placeat *B* [13]) amorem *BDFZ* [14]) non curo *BD* [15]) faciat *H* [16]) disponatis *B* [17]) me cogit *om. O* [18]) tangit *C* [19]) et *om. DZb* [20]) corde amare *B* [21]) disposuissem *F* [22]) insimulare *C*

Homo ait: Ergo mihi nullum in disputatione praesenti reservatur auxilium nisi vobiscum pleno sermone certare atque[1] disputando cognoscere, utrum vos deceat vel non mihi vestrum denegare amorem, si[2] eum in neminem alium expendistis amantem. Probo ergo, quod me non recte potestis amore vestro[3] privare. Nam amare[4] aut[5] est bonum aut[5] est[6] malum. Quod[7] sit[8] malum, non est[9] asserere tutum, quia satis omnibus constat et est manifestum, et amoris hoc nobis[10] doctrina demonstrat, quod neque mulier neque masculus potest in saeculo beatus haberi nec curialitatem nec aliqua bona perficere, nisi sibi haec fomes[11] praestet amoris[12]. Unde neccessario vobis concluditur ergo[13], bonum esse[14] amare et appetibile. Satis[15] ergo utriusque sexus homo[16] amare tenetur, si bonus et laudabilis in orbe cupit haberi. Si autem amare tenemini, ergo[17] aut malos aut probitate decoros. Malos quidem non, quia praeceptum contradicit amoris. Sequitur ergo, solis bonis vestrum esse[18] largiendum amorem. Quare, si me moribus noveritis[19] decoratum, improbe mihi vestrum denegatis amorem.

---

1) atque-cogn. *om. Zb* 2) si-amantem *om. Z* in nem. *om. F* 3) *om. A* vestro pot. am. *O* 4) amare alium *A* 5) aliud *D* 6) *om. H* 7) Quod-mal. *om. B* Quod non sit malum *E* 8) si *AF* 9) *TH*; esset *ct.* 10) vobis *H* 11) *CEFb*; fons *T* fames *DH* 12) *om. H* 13) ergo conclud. *C* 14) *AC*; est *BP* 15) et propterea utriusque *B* appetibile satis *CD*[?]*Fb* 16) homines . . . tenentur . . . boni ac laudabiles . . . cupiunt *B* 17) igitur *B om. H* 18) esse tantum *AC* 19) *om. H* noueritis esse *CE*

Mulier ait: Fateor, bonum esse amare et bonis tantum largiendum[1] amorem; sed[2] licentiam cuilibet amanti[3] ab amore concessam mihi vultis auferre. Nam unicuique licet amanti amorem non[4] largiri petenti; ergo et ego amoris fulta doctrina meo vos possum sine[5] reprehensione amore[6] frustrare aliumque postulantem admittere.

Homo ait: Licentia[7] amandi in vestrum collata[8] arbitrium vobis auferri non potest, sed vestrum aequum[9] debet[10] esse arbitrium, ut, quae[11] debetis, amare curetis. Non enim ob hoc vobis amor liberum voluit conferre[12] arbitrium, ut concessa debeatis abuti licentia, sed ut maioribus apud ipsum mereamini praemiis[13] honorari, si[14] in tali posita bivio sibi studueritis[15] serviendi viam eligere; unde, si in aliam contigerit[16] vos divertere semitam, eum non mediocriter credatis offensum. Nec vos tueri potestis[17], si alii in petendo posteriori vestrum concedatis amorem; nam priori digno[18] petenti improbe denegatur amor et minus probe[19] posteriori annectitur. Non enim amor voluit, de suis militibus aliquem cum[20] alterius iactura[21] sentire iuvamen. Sic nec vos, rogo,

---

1) esse larg. *O* 2) sed uos *VHb* et si uos *E* 3) amanti-licet *om. E* 4) *om. H* 5) *om. A* 6) amare *A* 7) licentiam *ACH om. E* 8) collatum *C* collatam *F* 9) *om. H* 10) debet-debetis *om. B* 11) quod *O* 12) *BO*; ofere *A* 13) proprijs meritis *H* 14) *O*; sed *A* et *B* 15) *VHb*; studeritis *A* studeatis *BE* 16) *D*; contingeret *B* contingerit *ct.* 17) debetis *H* 18) *B*; digna *ACE* digne *ct.* 19) *om. Eb* iuste *H* 20) de alterius iuncta amori *B* 21) *om. C*

velitis alii erogare, quod alteri pleno iure debetur.

Mulier ait: Ea quae dicitis, satis[1] ratione nituntur[2], si cor meum propriae annueret[3] voluntati. Mea namque voluntas esset, quae[4] proponitis, adimplere, sed cor contradicit omnino[5] et dissvadet per[6] omnia fieri, quod plena voluntate desidero. Ergo, si cor contradicit amare, quaeso, ut mihi asseratis[7], cui potius sit favendum: cordi scilicet an voluntati.

Homo ait: Hanc discordiam me amplius audisse[8], non recolo, quod[9] aliud corde et aliud voluntate quaeratur. Sed si est, quod verbis[10] asseritis, illud prorsus debetis eligere, quod iustitia et veritate defenditur.

Mulier ait: Quod dicitis, stare non potest, quia coacta[11] nemini sunt grata obsequia[12] et nullis digna praemiis[13] iudicantur. Quare igitur amori praestarem obsequia, si amoris praemia consequi non deberem? Praeterea qualis posset[14] esse amor contra cordis voluntatem praesumptus? Nam, quod primitus corde[15] ac voluntate appetitur, illud solum amoris[16] debet amplecti muneribus; quod autem corde non peto, quo modo possem[17] amare,

---

1) sufficienti *B* 2) uterentur *B* 3) abnuerct *CFZ* 4) que mihi *P* 5) omnino-contradicit *om. B* 6) *om. A* 7) asseras *A* asseratis *B* ut m. ass. *om. H* queso mihi asseri *ct.* 8) recolo non audivisse *A* 9) quia *CDE* 10) *om. BF* 11) coacti *A* 12) seruicia *C* et-obsequia *om. H* 13) praemiis-amoris *om. F* 14) possit *D* 15) cordis uoluntate *B* 16) *O*; *om. T* 17) possum *BH* possim *CEFb*

non[1] video. Sed et dixistis, quod alteri non possum recte proprium[2] largiri amorem, si ab aliquo primo[3] fuerit postulatas. Sed nonne fera[4] bestia, quae prioris venatoris fuerat[5] venabulis[6] sauciata, si eam posterior[7] [non][8] apprehenderit[9], eius debet esse, qui cepit? Certe[10] utique; ergo et secundus amator muneris perceptione potior est habendus in[11] amore quam primus.

Homo ait: Etsi grata regi[12] non possimus[13] exhibere servitia[14], ei tamen offensam non debemus inferre. Nam qui sola obsequii[15] subtractione offenditur, multo magis [laeditur et[16]] laesus provocatur ad iram. Laeditur autem amor, si uni ex suis militibus debitus alii[17] impendatur honor. Ergo, si vestrum postulavi[18] primus[19] amorem, quamvis vester non sit[20] animus inclinatus[21], eum tamen in alium tam festinanter non decet expendere, quia forte:

„Grata superveniet, quae non sperabitur hora".

In brevi namque rex[22] posset amoris vestram[23] pietatis imbre superfundere[24] mentem[25] et vestri mihi amoris desperatum adducere fructum; quod

---

[1]) quod non *H* [2]) proprie *A* [3]) premio *A* primo *O* prius non *B* [4]) *om. O* [5]) fuerit *BCEb* [6]) iaculis *B om. D* [7]) posterius *B* prior *CDb* primo *FZ* [8]) *om. O* [9]) apprehendiderit *A* deprehenderit *B* apprehenditur *C* apprehenderit alter *DFH* apprehenderunt alter *E* [10]) certe ut. *om. H* [11]) in am. *om. C* [12]) amoris regi *B* [13]) valeamus *B* possumus *VFb* [14]) *om. H* [15]) obsequiis *ACE* obsequiorum *B* [16]) laed. et *om. O* [17]) non *B* [18]) postulantur *E* postulanti *H* [19]) prius *B* primitus *H* [20]) sit mihi *DFZ* [21]) aduersum me inclinatus *B* [22]) rerum *B* [23]) vestre *Bb* [24]) infundere *BZ* perfundere *b* [25]) menti *B*

fieri non posset, si alii[1] vestra fuerit largitate concessus[2]. Nec mihi obstare potest, quod de venatione[3] dixistis, quia illud obtinere[4] constat[5] de quorundam speciali[6] consvetudine satis[7] iniqua. Sed generalis per orbem consvetudo conservat[8], ut[9], si aliquis feram bestiam de propriis commoverit abditis et eam venando persequitur[10], quamvis ipsam apprehenderit[11] alter, priori tamen eam generalis consvetudo reservat. Ergo, quum alium in petendo praecessi, vestro de iure non possum[12] amore privari.

Mulier ait: Inurbanum satis esse[13] videtur et a bonis moribus manifeste deviare cognoscitur, si bonum, quod quisque[14] sibi habere non potest[15], alteri prorsus velit denegare[16] petenti. Ergo, quum meum habere non potestis[17] amorem, dilectionis et cordis affectionis[18] hoc inhibente defectu, alios amandi mihi non debetis praecludere viam. Nam, quum[19] ipse amor[20] me nolit[21] adversus vos amoris[22] inflammatione perfundere, sed adversus alium mihi spiraculum infundat[23] amandi, ipsum sine aliqua possum blasphemia diligere. Ut tamen vobis contra me[24] omnis removeatur occasio, vestri gratia amori non curabo vacare, et videbo, an[25]

---

1) alteri *B* 2) vester concess. amor *B* 3) uenatore *O* 4) *om. H* 5) non constat nisi *B* 6) spec. foret *B* 7) quę satis iniqua iudicaretur *B* 8) servat *BZb* 9) quod *B* 10) persequatur *B* 11) apprehendiderit *A* 12) possem *C* 13) *om. Z* 14) quis *B* 15) possit *B* 16) denegari *B* 17) valeatis *B* 18) *om. H* 19) et *H* 20) amator *H* 21) *O*; voluit *T* 22) dilectionis *B* 23) infundet *B* infundit *Zb* 24) *om. A* 25) *O*; que *T*

peccatrix virgo conceperit et[1] peperit mitis gallina draconem.

Homo ait: Quae proponitis[2] verba, quamvis[3] humanas[4] videantur[5] aures mulcere, tamen veritatis perquisita indagine sophistica palliatione[6] teguntur[7]. Numquid enim peccator[8], quia Deus sibi gratiam non infundit, apud ipsum Deum permanserit excusatus? Certe nequaquam, sed aeternis erit[9] suppliciis mancipatus[10]. Ergo, si amoris vultis[11] indignationem[12] effugere et eius cupitis spiraculis inflammari, suscipiendi[13] amoris gratiae vos habilem constituatis[14] et dignam.

Mulier ait: Et[15] quantumcunque quisque bonum operetur in orbe quo ad aeternae beatitudinis praemia capienda sibi valere non potest, nisi ex caritatis[16] illud procedat affectu[17]. Eadem igitur[18] ratione, quantumcunque actibus propriis et operibus studeam regi servire[19] amoris, si illud non ex cordis affectione[20] procedat et ex actu[21] derivetur amandi, ad amoris mihi praemia valere non potest. Ergo quoadusque me radius non[22] pertinget amoris, mei non potestis amoris[23] largitate potiri.

Homo ait: Et ego Deum flexis genibus exorabo

---

1) uel *O* 2) proposuistis *D* 3) *om. B* 4) humanis *B* 5) videntur *B* multum uideantur *Vb* 6) in ipsis *B* 7) reguntur *FH* 8) homo pecc. *V* 9) *om. O* 10) mancipatur *DFZb* 11) velitis *B* 12) indagationem *BEb* 13) necessarium est quod suspitiendi *B* 14) construatis *Zb* 15) *om. O* 16) exercitationis *A* ex cordis *B* ex caritatis *CDZb* ex currantis *F* 17) effectu *Zb* 18) *O*; sibi *A* michi *B* ergo *b* 19) deservire *VEb* 20) intentione *B* affectu *F* 21) affectione *B* 22) *om. H* 23) amoris spei *O*

semper, ut vos cogat amare, quod decet, et quod vestrae clareat[1] celsitudini expedire.

F[2]. Loquitur nobilior nobili.

Quum nobilior nobilem feminam sui[3] alloquatur affatu, quo nobilis et nobilior sunt usi sermone plebeiae, eodem utatur et ipse eo[4] excepto, quod ad generis cognoscitur pertinere commendationem, et quod nobilis[5] non est multum laudibus insistendum. Praetera sub[6] hac formula poterit exordiri[7]: Maiores mihi restant Deo gratiae referendae quam cuiquam in orbe viventi, quia hoc[8], quod meus animus videre super omnia cupiebat, nunc corporali mihi visu est concessum aspicere, et hoc mihi[9] Deum credo praemium[10] concessisse propter nimium desiderii[11] mei[12] affectum[13], et

---

1) videtur *B* 2) Incipit septimus tractatus acquirendi amoris continens sicut Vir Nobilior [*deest alqd.*] cum nobili muliere et sic ait *A* Si nobilior vir femine nobilis amorem requirat *B om.* *C* Capitulum IX de nobiliori et nobili *D* Loquitur nobilior nobiliori *E* loquitur nobilior nobili *F* Qualiter vir nobilior nobili femine debeat loqui pro amore Capitulum XVII *G* De amore nobilioris viri cum nobili femina. Et in fine soluitur questio utrum verus amor sit inter coniugatos Et utrum inter amantes zelotopia sit approbanda *H* Qualiter nobilior a nobili petat amorem *I* Hic loquitur nobilior nobili mulieri *b* 3) *AC*; suo *ct.* 4) eo tamen *B om. D* 5) *VHb*; nobili *T* nobilis mulieris *EI* 6) sub hac alia poterit formula *CD* sub alia forma pot. *E* sub hac alia forma pot. *FH* 7) *O*; exortari *A* exhortari *B* 8) id *O* 9) *O*; m. dictum cr. *A* praemium michi a deo concessum esse credo *B* 10) *om. H* 11) desiderium *O* 12) meum *D* 13) *om. O*

quia mei[1] voluit exaudire preces importune precantis. Non enim poterat diei[2] vel noctis hora pertransire continua, qua Deum non exorarem attentius, ut[3] corporaliter[4] vos ex propinquo videndi mihi[5] concederet largitatem. Nec est mirum, si vos videndi tam magno agebar[6] affectu[7] et tam grandi voluntate angebar[8], quia[9] vestri decoris ac sapientiae laudes mundus universus attollit[10], et per infinitas mundi partes curiae[11] probitatis vestrae relatione quasi cibo quodam corporali pascuntur. Et ego nunc aperta veritate[12] cognosco, quod nec lingua nec animus hominis vestram speciem atque prudentiam esset narrare vel[13] cogitare sufficiens. Et[14] ideo maxima, quam habebam, vos videndi ac serviendi voluntas non[15] modica[15] suscipit[16] augmenta et[17] maiora ulterius incrementa cognoscet, quia liquide mihi constat et est manifestum, quod vobis servire solum[18] est cunctis in hac vita regnare, et sine ipso nihil posset[19] ab aliquo in hoc saeculo dignum laudibus adimpleri. Deum quidem exoro coelestem, ut id mihi solum ex sua gratia concedat[20] propriis actibus semper operari, quod vestrae

---

1) *TC*; meas *ct.* 2) die *AF* 3) cum *B* 4) corp.-videndi *post* angebar *H* 5) mihi-videndi *om. B* mihi-agebar *om. H* 6) ducebar *BO* 7) aff. ducebar *A* aff. quam ducebar *H* 8) *b*; augebat *A* agebar *BCF* augebar *DE* angebar impleretur *H* 9) quoniam *B* 10) *CZb*; attulit *A* attollat *B* attollitur *D* 11) *add. E*: regum ct principum 12) ratione *B* 13) vel cog. *om. E* 14) igitur max. *B* et non max. *H* 15) immodica *V* 16) suscepit *V* 17) maiora quoque *B* 18) soli *B* 19) possit *B* 20) contendat *D*

debeat[1] omnino[2] dignitati[3] placere. Nulla[4] enim me posset demum[5] perturbare adversitas vel sinistrum impedire fortunae. Et ego bona[6] semper cuncta, quae fecero, vestris[7] volo laudibus indulgere et per omnia vestro nomini deservire. Nam quidquid boni peregero[8], intuitu vestri et[9] assidua contemplatione noveritis esse perfectum.

Mulier ait: Grates vobis multas constringor offerre, quod[10] tantis me vultis commendare praeconiis tantisque vobis placuit me[11] laudibus exaltare. Vester ergo mihi, sciatis[12], gaudium inducit adventus, vestraque mihi satis est[13] grata praesentia eo, quod dicitis grande vobis esse[14] remedium, quod[15] corporali me potestis visu[16] percipere. Gaudeo itaque[17], si[18] tanta beatitudine digna merear[19] inveniri, ut[20] vobis vel aliis causa[21] esse valeam vel[22] benefaciendi occasio. Volo tamen quandam vobis[23] admonitionem dare praecipuam, ut neminem vestris tantum debeatis laudibus exaltare, quod[24] postea vobis[25] verba pudeat detractione supprimere; et nullius curetis tantum famae vestro derogare sermone, ut ipsum proinde[26] non possi-

---

1) valeat *B* 2) *om. B* 3) uoluntati *H* 4) cum nulla me *B* 5) deinde *D* 6) bona . . . cuncta *om. B* 7) *om. B* vestre *H* 8) peregerim *B* 9) *om. Ab* 10) cum *B* qui *H* 11) *om. B* 12) *om. B* 13) in *H* 14) *om. A* 15) *TFH*; quia *ct.* 16) uisione *CFZ* 17) etiam *VE* enim *H* 18) *om. A* 19) mereor *H* 20) et *A* 21) *om. B* 22) benef. et occ. *H* 23) *om. A* 24) *B*; que *AC* quem *P* 25) vobis uerba *A* verba prolata oporteat ruboris perfusione supp. *B* uobis pudeat verbi detr. *VE* uobis pudeat ulla detr. *H* 26) prouide *B* postmodum *E* proprium *F* prouidum *H*

tis[1] nisi[2] verecunde[3] laudare. Praeterea nullam[4] debetis tam effuso sermone laudare, ut alterius probitati vestro derogetur affatu. Nam ex eo, quod mihi[5] dicitis tantum servire esse[6] in hac vita regnare, aliis dominabus omnibus iniuriam videmini patenter inferre, quibus forte aeque ut[7] mihi vel plus quam[8] mihi est servire laudandum. Vestra[9] igitur nulli fas esset feminae recusare obsequia, quia, ut[10] constare videtur, homo estis nimiae probitatis et multa urbanitate praeclarus ac generositate refulgens. Et ideo recte agitis, si ea[11] vestris[12] actibus facere studeatis, quae vestro generi et probitati respondeant. Nobiliores enim viri nobiliores tenentur mores habere quam[13] alii[14], et magis eorum fama modica rusticitate et a[15] beneficiis[16] abstinendo gravatur quam ignobilis[17] viri[18] [et[19] pravae naturae progeniti] satis graviora[20] committendo. Gaudeo ergo, si vobis causa[21] et origo bonorum exsisto[22], et[23] in quibus potero benefaciendi semper vobis in cunctis[24] praestabo favorem.

---

[1]) possetis *B* poteritis *D* [2]) absque *B* [3]) *O*; verecundum *A* verecondia *B* [4]) nulla *A* [5]) dic. michi soli seruire *B* dic. michi tantum serv. *O* [6]) *om. A* [7]) *om. A* [8]) qu. mihi *om. BFH* [9]) Preterea vestra nulli *B* [10]) ut michi *DFZ* [11]) ea (eo *H*) que *Z* [12]) vestre generi ac prob. resp. vestris act. facere studeatis *H* [13]) quia *B* [14]) al. et *om. B* [15]) *om. H* [16]) benefactis *VHb* [17]) *CDZb*; innobilis *A* ignobilium *B* ignobilitas *F* [18]) virorum *B* [19]) et-progeniti *om. O* et ex pravis generibus progenitorum *B* [20]) grauia delicta *O* [21]) causa sim *B* [22]) *om. B* [23]) et propterea *B* [24]) *om. B*

Homo ait: Omnia quidem esse vera, quae de vobis narrata sunt per[1] orbem, certissimo nunc experimento cognosco. Nam vestra liquide[2] responsione docetur, quantus in vobis sapientiae viget effectus, quantaque[3] probitatis vos doctrina decoret[4]. Vestra igitur curastis[5] admonere prudentia, ut in laude vel detractione cuiusque[6] modificatam studeam adhibere mensuram; in quo apparet vestra[7] plenitudo scientiae manifesta[8]. Sed absit, me[9] in evidenti[10] fallacia reperiri[11], ut, quod a cunctis laudatur hominibus, mea debeat obumbrare[12] facundia, quum, sive malorum sive bonorum hominum famae quis si[13] reperiatur propria relatione detrahere, eius[14], de quo loquitur, nullo modo possit[15] apud prudentes allidere[16] famam, sed suam[17] ipsius affatu[18] noscatur[19] opinionem gravare[20]. Quidquid ergo vultis dicere vel facere mihi[21], secure potestis, nullam meae linguae sinistram[22] timentes[23] relationem. In hoc tamen plurimum est vobis negotio praecavendum, quia, si bona feceritis, vestrae personae laudes nullorum ora tacebunt, sin[24] autem mala, etsi a vobis mala[25] perpetrata[26] reticeam[27], quia neminem

---

[1]) per. orb. *om. H* [2]) liquida *A* liquide *B* liquido *O* [3]) quanta *D* [4]) decorat *B* [5]) me curastis *O* [6]) cuiuscunque *E* [7]) vestre *BEb* [8]) *om. E* [9]) a me *D* [10]) tam euid. *O* [11]) umquam posse rep. *B* inueniri *D* [12]) obumbrari *D* [13]) *om. O* [14]) eius-loqu. *om B* [15]) posset *B* [16]) *O*; alicere *A* illius ledere *B* [17]) sui *H* [18]) proprio aff. *B om- VZ* [19]) noscitur *D* [20]) generare *A* [21]) *om. BH* [22]) *om. B* [23]) timendo *B* [24]) sin-mala *om. B* [25]) male *A* [26]) *om. Zb* [27]) nouerint probi hoc reticebunt *B* reiiciam *b*

decet probum[1] de aliquo sinistra referre, at tamen[2] vestras desistam[3] attollere laudes. Et[4] postea[5] maledici[6], quibus[7] in maledicendo nulla reperitur norma[8] praefixa, sed[9] aliorum est[10] eis[11] cibus et potus[12] inique supprimere famam, non cessabunt more consveto[13] iniqua facta referre. Quod autem dixi, solum[14] servire vobis esse[15] in hac vita regnare, nullam[16] ex hoc credo aliis dominabus iniuriam[17] exoriri [vel fieri[18]], quia aliis subtrahendo servitia[19] vobis nequaquam possem obsequia[20] pretiosa[21] praestare, et aliarum[22] voluntatibus[23] obsequendo vestrum credo protinus desiderium adimpleri, maxime ubi aliis vestra gratia dominabus impendantur[24] obsequia. Vestra me praeterea dulcis ac svavis doctrina commonuit, ut propriis studeam[25] actibus exercere, quod meo possit generi convenire et meae per omnia naturae congruere, quam vestram svasionem omnimoda me sciatis alacritate suscipere et esse penitus obedire paratum. Neminem etenim[26] quacunque[27] generositate praeclarum decet suis actibus a tramite deviare bonorum, sicut vestra satis[28] superius fecit[29] relatio manifestum. Sic ergo assi-

---

[1]) probrum *A* [2]) att. propter mala vestr. *B* [3]) desisterent *B* [4]) Sed maledicti quibus *B* [5]) preterea *O*, [6]) maledicti *T* [7]) quib. in maledic. *om. H* [8]) *O*; forma *T* [9]) et quorum *B* [10]) *om. B* [11]) *om. BH* [12]) pot. aliorum et *B* [13]) solito *FH* [14]) soli *B* [15]) *om. H* [16]) *om. H* [17]) non iniur. *H* [18]) vel. f. *om. BO* [19]) *om. H* [20]) *om. H* [21]) graciosa *O* [22]) aliorum *A* [23]) uoluptatibus *H* [24]) *B*; impendatur *A* impenduntur *O* [25]) illud (id *H*) studeam *O* [26]) uero *B* enim *H* [27]) quemcunque *D* [28]) *om. H* [29]) *O*; facit *T*

mili[1] videtur modo[2] vestrae probitati congruere, ut[3] vos sanguinis naturae, a[4] qua vestra manifeste propagatur origo, propriis curetis actibus deservire. Nobilitati autem vestrae constat nihil magis esse conveniens, quam ut[5] id vestris studeatis actibus[6] operari, quo[7] vos[8] respicientibus[9] benefaciendi semper valeat augmentari propositum et plena conservari voluntas. Scio enim, quod, si homo quisquam in orbe propter fidei puritatem et promptum serviendi affectum[10] vestrum dignus inveniretur[11] promereri solatium[12] et vestram gratiam pro suis meritis impetrare, apud vos ego prae omnibus maioribus praemiis merebor[13] honorari. Vos enim inter omnes alias meliori[14] electione mihi dominam praefeci potentem, cuius volo[15] semper obsequiis mancipari, et cuius laudi desidero universa benefacta referre[16]. Vestram autem clementiam[17] pleno[18] cordis affectu deposco[19], ut me vestrum specialem hominem[20] reputetis, sicut[21] vestris singulariter sum mancipatus obsequiis, et ut mea facta praemium mereantur coram vobis invenire, quod[22] opto.

Mulier ait: Nihil in orbe sedet, quod meus

---

1) *AC*; similiter *B* et similiter *F* et simili *ct.* 2) *om. B* 3) ut et *CDZb* et ut *F* 4) *om. H* 5) *om. H* 6) factionibus *Fb* actionibus *H* 7) *O*; quod *AI* quo mediante *B* 8) uobis *A* uestrum *E* 9) resp. bonis *O* 10) *om. H* propositum *VEb* 11) inuenietur *VEb* inueniatur *H* 12) affectum *O* 13) *O*; inuenior *T* 14) melioris *FZ* meliores *b* 15) volens *H* 16) narrare *Zb* 17) *om. H* 18) plenam *H* 19) benignitatem deposco *H* 20) famulum *Zb* 21) sic *A* 22) qu. opto *om. B*

tam avide desideret[1] animus ut[2] evidenter facere possim, quam[3] quod laudibus sit et praemio dignum. Et quidem in Deo patre confidentiam gero plenariam, quod[4], usque quo[5] largitum mihi sensum conservabit[6] illaesum, nil[7] studebo[8] perficere[9], quod omni[10] non sit argutioni[11] suppositum. Malorum autem detractionibus obviare mihi videtur impossibile prorsus et durum continere laborem, quia satis esset facilius fluvium naturaliter ad ima currentem per eundem alveum ad originis fontem veloci cursu reducere quam maledicorum[12] ora compescere vel eorum insidias cohibere. Ideoque ipsos credo[13] suo potius[14] arbitrio relinquendos[15] quam eorum insistere correctioni, quos a malis[16] dictis ipsa natura prohibuit emendari. Eorum igitur prorsus[17] sunt vaniloquia contemnenda et conversatio declinanda, quia cuiuscunque modi[18] fuerint facta bonorum, maledicorum[19] semper relatio ea[20] faciet sua[21] interpretatione sinistra. Et ideo cuilibet homini probo sufficiat conscientia[22] pura defendi et per bonam famam hominum bonorum arbitrio sustentari. Ad[23] haec verum esse profiteor,

---

1) desiderat *TCHb* 2) cum *B* ut id *O* 3) *B*; *om. ct.* 4) que *A* quod *BZb* quousque *CF* 5) *om. EF* 6) conseruauerit *B* seruabit *VEb* seruat *H* 7) *B*; uel *A* non *O* 8) *BO*; studeam *A* 9) perf. (facere *H*) quidquam *O* 10) hominum *V* homini *E* hominis *Hb* 11) *O*; arguitioni *T* 12) maledictorum *TF* 13) *om. H* 14) pot. esse *H* 15) loquendos *E* loquendas *H* 16) maledicendo *B* maledictis *Zb* 17) prorsus a bonis *CFZb* prorsus ab omnibus *D* 18) cuiusc. morum *H* 19) maledictorum *AF* ipsa tamen maledictorum relatio sua faciet *B* 20) *O*; *om. T* 21) *om. B* 22) et scientia *H* 23) Preterea verum *B*

quod aliarum dominarum voluntatibus obsequendo mihi videntur[1] obsequia[2] exhiberi; sed quod ad me universa debeant benefacta[3] referri, incompetens videtur, et iniuria[4] videretur non modicá, quum aliae quam plurimae aequali[5] forte vel[6] maiori gaudeant probitate maiorique dignae reperiantur honore. Meam praeterea nobilitatem tali cupio moderamine gubernare, ut vobis et cuilibet alii pro[7] me bona facienti[8] per[9] orbem benefaciendi[10] propositum semper valeat augmentari et plena conservari voluntas. Dicitis etiam[11], per omnia vos meis mancipari obsequiis multisque apud me prae omnibus dignum[12] esse praemiis[13] honorari propter nimium serviendi[14] affectum, et quia me dominam vobis specialem[15] elegisse contenditis. Sed absit, ut a vobis vel quolibet alio impensa mihi[16] obsequia diu possint[17] irremunerata[18] iacere, si[19] quacunque fuerint notitia[20] mihi indicata. Quod autem rogatis[21], ut meum vos hominem specialem debeam reputare, sicut specialiter meis estis mancipati[22] obsequiis, et ut optatum vobis curem praemium exhibere, qualiter possit[23]

---

[1]) uidetur *D* [2]) obsequium *H* [3]) bona que aliis dominabus impenditis facta *E* [4]) et iniuriam continere non modicam *O* [5]) equa (eque *F*) mihi *O* [6]) maiori-probitate *om. H* [7]) *O*; per *T* [8]) faciendi *D* bona fac. *om. F* [9]) per orb. *om. B* [10]) faciendi *B* [11]) *B*; enim *A* autem *O* [12]) dignam *Z* [13]) promissis *A* [14]) seruiendum *A* [15]) singularem *B* [16]) penes me *B* [17]) possent *BH* [18]) irrenumerata *Tb* remunerata *H* [19]) dummodo aliqua fuerint *B* sed quacunque si fuerint *H* [20]) *om. H* [21]) rogastis *Hb* [22]) mancipatus *BZb* [23]) posset adimp. *B* possim adimplere *VHb* possum adimplere *E*

adimpleri, non video. Talis enim specialitas aliis forte[1] posset praeiudicium generare[2], quibus forsitan equalis vel maior quam vobis est mihi serviendi voluntas. Praeterea, quid sit illud, quod a vobis apud me praemium exoptatur, non est mihi per omnia notum, nisi vestra illud primo[3] mihi[4] faciat indicatio manifestum.

Homo ait: Quod vobis de maledicis[5] enarravi[6], non illud asserui, quasi vellem vobis onus inferre animos cohibendi malorum, sed[7] ut vestra vos talem sedula facta demonstrent[8], ut malorum inde invidia semper sua possit[9] incrementa cognoscere, et ab eorum[10] insidiis bonorum vos defendat opinio, sicut[11] etiam vestra prudentissime superius[12] indicavit auctoritas. Sufficit enim cuilibet apud bonos pura conscientia reservari[13]. Illud autem, quod in aliarum[14] dixistis iniuriam retorqueri, si vestris scilicet[15] omnia benefacta laudibus referantur, nullius iura videtur[16] allidere nullamque continere[17] offensam. Quamvis enim a[18] femina bonum[19] cuiuslibet[20] factum[21] debeat approbari, quilibet tamen homo laudandus[22] cuncta sua facta unius[23] debet mulieris specialiter laudibus

---

[1]) fortasse *B* [2]) generaret *B* [3]) *O*; premio *T* [4]) *om. BH* [5]) maledictis *TZFlb* [6]) enarr.-asserui *om. F* [7]) sed-invidia *om. H* [8]) demonstrat *A* demonstrant *E* [9]) posset *B* [10]) *om. H* [11]) quemadmodum *B* [12]) *om. Bb* [13]) conseruari *B* [14]) aliorum *DH* [15]) *om. B* [16]) videntur *BH* [17]) cernitur off. continere *B* [18]) ab omni fem. *CDZb* a bona f. *F* [19]) *om. D* [20]) cuilibet *AH* quodlibet *B* [21]) *O*; *om. T* [22]) laud.-special. *om. H* [23]) unicis *D*

indulgere, et mulierum quaeque[1] prudentium, quamvis singulorum sibi debeant beneficia[2] placere, unius tamen laudabiliter[3] potest actus[4] approbare[5] et suis ea debet specialiter laudibus reputare. Ex[6] hoc enim nulli procedit iniuria, si me[7] propriosque actus universos et singulos vestris specialiter servitiis deputavi[8] vosque mihi dominam recognovi[9] praecipuam. Aliis igitur sufficiat ceterorum specialiter obsequiis honorari. Nihil enim earum[10] videtur expedire[11] utilitatibus[12] hac[13] vos pro eis[14] sollicitudine fatigari, quum vestris per omnia ministeriis mea sit annexa[15] voluntas[16], cui[17] imperari non potest peritissimi hoc Donati vobis insinuante doctrina[18]: In tantum enim[19] liberrima reperitur humana voluntas, quod nullius eam[20] posset[21] a[22] firmiter concepta dispositione conatus[23] avertere[24]. Aliae igitur dominae nil mihi possunt ex debito postulare, nisi ut[25] vestrae contemplationis intuitu[26] mea sibi debeam[27] bene-

---

1) quoque *ACb om. B* 2) benefacta *BO* 3) laudabiles *B* 4) acta *H* 5) *TF*; potest sibi laudab. actus (acta *H*) appropriare *ct.* 6) Ex hoc ergo nulli *B* Ergo nulli ex hoc *O* 7) meos proprios actus *B* me propriosque singulos actus uestris *CDEb* meos proprios singulos actus uestris *F* uero propriosque sing. act. uestris *H* 8) deputauerim *B* colligaui *VEb* colligari *H* 9) recognouerim *B* 10) eorum *AFb* 11) proficere *B* 12) voluntatibus *B* 13) ac *AD* hac vos *om. B* 14) ipsis sollic. aliqua vos fatigari *B* eius *H* 15) admissa *H* 16) *add. Bm*: quod nullius causa firmiter a dispositione concepta 17) cui prorsus *O* 18) *add. B*: dicentis 19) en. lib. *om. B* 20) *O*; causa *T* 21) coacte pos. *B* possit *H* 22) *om. AC* 23) *om. B* 24) aduertere *AVH* 25) *om. TZb* 26) *om. T* (contemplatione *B*) 27) debita *A* ea *D*

placita largiri obsequia et obsequiorum originem cauto[1] reticere silentio[2]; vobis autem tantum debiti obligatione constringor in cunctis laudabilia meis actibus operari et nullius improbitatis macula vitiari. Mihi[3] autem a vobis hoc restat ex debito largiendum, sicut vestra novistis[4] sponsione firmare, ut exhibita[5] pro vobis obsequia non diu valeant[6] muneris viduitate gravari. Dixistis autem, dominationem vestram, si in me speciali[7] affectione resideat, aliis praeiudicium generare, quibus forte maior quam mihi vel aequalis est vobis[8] serviendi voluntas[9]. Et[10] sic respondeo: Si vobis serviendi cuiquam maius[11] sit quam mihi vel aequale[12] propositum, rogo, ut nulla me possint apud vos iuvamina suffragari[13] nec rationis aliqua iura tueri[14]. Dixistis autem, exoptatum a me non plenius intelligere praemium[15], ad quod mea cuncta procedit intentio. Sed[16] vestram cupio clementiam edoceri[17], quod[18] talis apud vos praemii largitionem promereri deposco, quo[19] intolerabilis est[20] poena carere[21], et illud possidere largitum cunctis esset[22] divitiis abundare. Idque[23] vobis[24] esset mihi satis exhibere[25] svave, nisi vestra mihi forte

---

1) *VEb* tanto *TH* 2) *add.B*: ut nunquam valeat comprehendi 3) modo *H* 4) uoluistis *O* 5) ex debita *H* 6) deberent *B* 7) spec. aff. *om. H* 8) vobisque *A* 9) intentio *B* 10) Et ego sic *B* Sed si vobis *O* 11) magis *BH* 12) equaliter *A* 13) sustentare *O* 14) tenere *H* 15) *O*; *om. A* vos premium intelligere *B* 16) cum igitur non comprehendatis illud *B* 17) penitus edoceri *O* 18) Nam *B* 19) que *A* quod *H* 20) est mihi *VEb* 21) durare *A* 22) *O*; esse *A* est *B* 23) *Zb*; Ideoque *T* idem quod *D* id quod *CF* 24) *om. B* 25) suaue ex vestris hoc exhiberi reuerentiis *B*

reperiatur obviare[1] voluntas. Vester igitur[2] amor est illud[3], quod mihi salutis quaero remedium, et quod mea studeo venatione[4] percipere.

Mulier ait: Multum videmini a recto quodam[5] amoris tramite deviare et[6] optimae [et[7] opportunae] amantium consvetudinis[8] transgressor exsistere, quod tam[9] festinanter postulatis[10] amorem[11]. Sapiens enim et instructus amator, quando aliquam dominam sibi antea[12] prorsus incognitam prima visitatione[13] alloquitur, non explicito debet[14] affatu[15] amoris postulare donaria, sed propria debet[16] industria sui[17] notitiam applicare amanti et in cunctis suis dictis se illi svavem et placabilem exhibere; post[18] vero[19] id agere[20] curet, ut ipsum quoque[21] absentem pleno iure valeant amanti[22] sua[23] facta[24] laudare; tertio vero loco securius[25] accedat postulaturus amorem. Sed hunc vos ordinem manifesta transgressione turbastis, quod[26] ideo vos fecisse recogito, quod[27] nimis me facilem ad concedendum, quod petitis[28], credidistis, vel quia non estis in amoris arte peritus. Unde vester quidem amor est merito suspectus habendus.

Homo ait: Si verum est[29], me amoris ordinem

---

1) *om. H* 2) *om. H* 3) *om. BH* 4) omni uenat. *D* 5) quidem *B* 6) et opt. *om. B* 7) et opp. *om. O* 8) *om. H* 9) *om. B* 10) postuletis *B* postulastis *E* postulas *b* 11) *add. D*: In isto loco sequitur quid debeat facere sapiens amator 12) *om. H* 13) uisione *FH* 14) solet *B* 15) *om. B* 16) nouit *B* 17) suam *B* 18) postmodum *O* 19) *om. FH* 20) vere ag. *H* 21) *om. B* 22) amantis *A* 23) suo *B* 24) *om. H* 25) securus *O* 26) Et *D* 27) quia *BHVb* 28) petistis *H* 29) sit *B*

perturbasse, hoc mihi vestra videtur indulsisse[1] licentia[2]. Nam quum ex his, quae cauto[3] et implicato[4] sermone narrabam, mea vobis[5] posset[6] esse intentio manifesta, quasi, quid peterem, nullatenus[7] intelligentes postulastis[8], evidentiori vobis illud explicari[9] sermone. Non ut[10] ergo[11] credens[12] vestram facilitatem vel vestri[13] repentinam amoris postulans[14] largitatem[15], talem volui[16] petitionem emittere, sed meum propositum vobis cupiens quaerentibus[17] indicare. Praeterea, licet ordo debeat ille servari, quem dicitis, iusta[18] tamen potest interveniente causa turbari. Nam si nimius me cogit affectus, et intrinseco[19] vulnere sum[20] sauciatus amoris[21], iusta me necessitas ab[22] hac improbitate tuetur. Importuna namque necessitas nulla potest iuris regula coartari. Sed et, si aliquid[23] mihi desit in amoris industria, necessario me oportet magnae sapientiae vel valoris[24] amorem exigere[25], ut per hoc[26] mea valeat imperitia removeri et[27] amoris penitus edoceri[28] doctrina. Nam si imperitus imperitae[29] deposcat amorem[30],

---

[1]) *O*; induxisse *T* [2]) letitia vel licentia *H* [3]) tanta *H* tanto *b* [4]) implicito *BVb* inplacito *E* et im. *om. H* [5]) *om. H* [6]) *VEb*; possit esse *A* fuerat *B* poterat esse *H* [7]) *om. H* [8]) postulatis *A* [9]) explicare *Hb* [10]) *B*; ut et *A om. O* [11]) *O*; ego *T* [12]) *O*; crederem *T* [13]) mei *H* [14]) *om. B* prestolans *CD* [15]) largitam *A* largitionem *C* [16]) *O*; voluisse *A* voluissem *B* [17]) *om. B* presentibus *C* aliter: querentibus *Cm* [18]) ista *D* iuste *H* [19]) intrinsecus *O* [20]) sim *BH* [21]) *om. B* [22]) ab-nec. *om. A* [23]) aliud *H* [24]) amoris *H* [25]) exig. mulieris *B* [26]) hanc *B* [27]) et in *BO* [28]) erudiri *B* [29]) mulieris *B* [30]) am. minus sapientis *B*

talium[1] non posset amor[2] idonea incrementa cognoscere nec in competenti diu posset statu[3] durare[4]. Nam marinis angustiis exposita navis[5] et aquarum subiugata[6] procellis, licet iucundus sit[7] ventus exortus[8], si[9] sine instructo[10] reperiatur[11] gubernatore[12] atque remige[13], inter ipsa[14] ventorum prospera modica[15] quidem aura submergitur[16] et ad ima decurrit aquarum. Utraque[17] igitur a vobis supposita ratio optima iacet responsione sopita[18] et in nullo meis dictis valet obviare propositis[19].

Mulier ait: Etsi per omnia inveniamini dignus amari, nimis tamen ampla et aspera terrarum[20] intercapedo[21] nos[22] disiungit, ut[23] amoris vicissim praestandi solatia locum sibi valeat[24] et tempus idoneum opportunitas[25] invenire. Amantes enim ex propinquo degentes[26] poenarum, quae ex amore procedunt, alternatim sibi possunt esse remedia et in suis se[27] compassionibus adiuvare et suum amorem mutuis vicibus ac laboribus enutrire; distantes vero suas non possunt mutuas agnoscere[28] poenas, sed unumquemque oportet suis[29]

---

1) et talis *H* 2) *om. H* 3) amore *H* 4) perseuerare *B* 5) ratis *O* 6) subiugat *A* 7) sit ei euentus *V* sit ei ventus *Zb* 8) ***add. B***: et suauis 9) ***om. A*** tamen si instructo *B* si tamen *DEF* 10) instructa *F* 11) careat *B* 12) gubernatione *CF* 13) sine remige *B* pro ceca *E* pro reta *F* porrecta *H* prorecta *b* 14) ipsam quidem auram ventorum exortam subm. *B* 15) monita *H* 16) subiungitur *Z* 17) vestraque *TH* 18) suponita *A* 19) *O*; proposito *A* vestrum valet obv. propositum *B* 20) ***om. B*** 21) distancia *H* 22) ***om. H*** 23) cum *B* 24) non valeret nec temp. *B* 25) ***om. A*** 26) de gentes diligentes *A* diligentes et commorantes *B* 27) *O*; *om. T* 28) cognoscere *Z* 29) propriis *O*

mederi angustiis et poenarum suarum esse remedium. Ideoque noster[1] non videtur amor perficiendus, quia regula nobis[2] demonstrat amoris, quod amantium quotidianus aspectus crescere facit amorem, unde ex[3] contrario sensu percipio, amorem contra*h*i[4] et[5] distantia deficere[6], et ideo[7] sibi quisque ex propinquo lucrari curet amorem.

Homo ait: Vos illud quidem curatis[8] asserere, quod omni videtur rationi contrarium. Cunctis enim claret hominibus, quod facilis[9] rei optatae perceptio vilitatis parit originem et[10] contemptibile[11] facit haberi, quod totus prius[12] mentis desiderabat affectus. Sed econtra: bonum, quodcunque praestationis difficultate differtur[13], maiori quidem illud aviditate suscipimus[14] et diligentiori studio reservamus[15]. Rarus igitur atque difficilis amantis amplexus ferventiori cogit amantes mutuo amoris[16] vinculo colligari et eorum animos propensiori[17] et adstrictiori affectione[18] vinciri[19]. Constantia[20] namque in ipsius[21] turbationis inunda-

---

[1]) vester *H* [2]) uobis *Ab* [3]) et *A* [4]) contrai *A* contractum *B* contrairi *C* ex contrarii *DHb* percipio-contrahi *om. E* unde-curet amorem *om. F* [5]) ex distantia *B* constantia *D* existentia *CZb* [6]) deficere uel descrescere *A* deficere ac decrescere *B* decrescere *CDZb* [7]) imo *A* [8]) curastis *H* [9]) facile *A* [10]) rem ipsam *B* [11]) connempabiliter *A* contemptibilem *BDF* contemptibile *CZb* [12]) primo *O* [13]) acquiritur *B* [14]) suscepimus *AF* suscipitur *B* [15]) reseruatur *B* reseruauimus *F* *add. C*: iusta illud gracior est fructus quam spes productior edit [16]) *om. B* [17]) prop. et *om. B* [18]) *om. A* constantia *B* [19]) metiri *H* [20]) constantia-manif. *om. B* [1]) ipsius undatione *A*

tione perficitur, et perseverantia in adversis cognoscitur manifeste. Dulcior enim quies sapit multis fatigato laboribus quam in otio continuo commoranti, et[1] magis umbra recens videtur anxiato[2] vapore[3] conferre quam in aëris assidua degenti[4] temperie. Non est[5] igitur amoris regula, quam dixistis, quum falsa[6] reperiatur et[7] fallax, scilicet ut amantium rarus aspectus amoris faciat attenuari potentiam. Unde propter locorum distantiam longam atque prolixam ab amore vestro me iuste non potestis excludere, sed potius mihi quam[8] habitationem propinquam[9] habenti vos decet gerere morem[10]; nam et facilius inter absentes occultatur amor[11] quam inter frequenti conversatione[12] connexos[13].

Mulier ait: Amoris occultandi respectu nunquam credo distantis eligendum amorem sive praesentis. Nam si sapiens invenitur[14] et ingeniosus amator, sive[15] longinquus sive propinquus amanti, adeo suos actus moderabitur et voluntatem, quod nemo poterit[16] amoris[17] secreta perpendere. Et econtra neque longinquus neque propinquus amator stultus sui unquam[18] poterit amoris occultare arcana. Cessat[19] ergo ratio vestra evidentissima ratione collisa[20].

---

1) et-temperie *om. B* 2) caloris anx. *O* 3) uaporem *C* 4) *O*; diligenti *A* 5) *om. A* 6) *O*; *om. T* 7) et-faciat *om. B* 8) *O*; *om. T* 9) uobis prop. *O* 10) moram *B* amorem *CHb* 11) *om. A* 12) frequenter conuersationem *B* 13) habentes *B* *add. D*: Versus Nam post triste malum dulcior ipsa salus. 14) inueniatur *B* 15) siue sit *O* 16) *BO*; posit *A* 17) amorum *B* amoris sui *O* 18) *DFb*; nunquam *ct.* 19) Cesset *H* 20) suppressa *B*

Praeterea quoddam[1] est aliud non modicum, quod[2] me[3] contradicit amare. Habeo namque virum omni nobilitate urbanitateque[4] ac probitate praeclarum, cuius[5] nefas esset violare torum vel[6] cuiusquam me copulari[7] amplexibus. Scio namque, ipsum me toto cordis[8] affectu diligere, et ego sibi cuncta cordis devotione constringor[9]. Tanti ergo amoris praemio decoratam[10] ab alterius amore ipsa[11] iura praecipiunt abstinere.

Homo ait: Fateor et est verum, virum[12] vestrum omni probitate gaudere[13] nec[14] non[15] prae cunctis[16] in orbe viventibus beatitudinis gaudiis honorari, qui vestrae celsitudinis gaudia[17] suo meruit[18] amplexu percipere. Vehementer tamen admiror, quod[19] maritalem affectionem quidem, quam quilibet inter se coniugati adinvicem post matrimonii copulam tenentur habere, vos[20] vultis amoris sibi vocabulum usurpare, quum liquide constet inter virum et uxorem amorem sibi locum vindicare non posse. Licet enim nimia[21] et immoderata[22] affectione coniungantur[23], eorum[24] tamen affectus amoris non

---

[1]) quiddam *C* quidem *D* [2]) quod pro *A* [3]) michi *B* [4]) urbanitate *BCDZb* [5]) cuius-torum *O om. T* [6]) sicut umquam alicuius ampl. copulari poterat *B* [7]) copulare *D* me *om. T* [8]) aff.-cordis *om. B* [9]) constr. siue coniungor *A* versa vice constr. *B* tenor obedire *C* coniungor *DFZ* [10]) decorata *O* [11]) ipsa me iura tuentur amandi *O* [12]) maritum *B* [13]) fulgere *B* [14]) ac *B* [15]) *om. B* [16]) pre c. eum *B* [17]) solatia *B* gloriam gaudia *C* gloriam *Zb* [18]) non meruit *H* [19]) quod per *H* [20]) vos sub amoris vocabulo defendere contenditis et hoc sibi nomen usurp. *B* [21]) mutua *O* [22]) immod. sibi *O* [23]) *B*; adiungantur *A* iungantur *VEb* mergantur *H* [24]) eor. tam. *O om. A* aff. tamen am. *B*

potest vice[1] potiri, quia nec sub amoris verae[2] definitionis[3] potest[4] ratione[5] comprehendi. Quid enim aliud est amor nisi immoderata et[6] furtivi et latentis amplexus concupiscibiliter percipiendi ambitio? Sed quis esse possit[7], quaeso, inter coniugatos furtivus amplexus, quum ipsi se adinvicem possidere dicantur et cuncta sine contradictionis timore suae voluntatis desideria vicissim valeant adimplere? Nam et ipsa[8] excellentissima principum doctrina demonstrat, suae rei neminem posse usum[9] furtiva[9] fruitione[10] percipere. Nec vobis videatur absurdum, quod dixerim[11], quamvis omnimoda coniugati dilectionis affectione iungantur, eorum tamen affectum amoris non posse vice perfungi; quia videmus idem in amicitia evenire. Licet enim[12] mutua se in omnibus pater et filius diligant affectione, vera tamen[13] inter eos amicitia[14] non consistit, quia[15] Ciceronis hoc traditione[16] testante sanguinis sola propago inter eos dilectionis conservat affectum. Tantum igitur distare constat inter omnimodam coniugatorum affectionem et amantium obligationem[17], quantum distat inter patris et filii mutuam[18] dilectionem et firmissimam duorum virorum amicitiam, quia, sicut nec ibi

---

1) vere nominari *B* iure *H* 2) nature *D* 3) diffinitione *H* 4) *B*; possit *A* posset *O* 5) regula *O* 6) et furt. *om. H* 7) posset *O* 8) ipsa nobis *CF* ipsa uobis *DZb* 9) *O*; usufructum *T* 10) furtiuę *B* 11) dixi videlicet quod *B* 12) scilicet se mutua in omn. *H* 13) tamen affectio *T* 14) *O*; *om. T* 15) *om. H* 16) *ADFH*; doctrina *B* traductione *C* tractatione *Eb* 17) *O*; oblationem *A* dilectionem *B* 18) mut. dil. *om. B* nimiam *F*

dicitur esse amor[1], ita et amicitia hic fertur abesse. Sic ergo manifeste videtis, amorem nullatenus posse suas inter coniugatos interponere[2] partes[3], sed[4] penitus voluit[5], sua privilegia derogari[6]. Sed[7] alia iterum ratio coniugatis mutuum[8] contradicit amorem, quia ipsius amoris substantia, sine qua verus amor esse non potest, scilicet zelotypia[9] inter eos[10] scilicet[11] coniugatos per omnia reprobatur et ab eis tanquam pestis debet[12] semper[13] nociva fugari[14]; amantes vero illam oportet semper tanquam matrem[15] et amoris amplexari nutricem. Unde liquide[16] vobis constat, inter vos et virum vestrum amorem nullatenus posse vigere. Ergo, quum[17] cuilibet probae expediat[18] mulieri prudenter amare, sine[19] vestra igitur iniuria potestis petentis preces admittere et vestro postulantem amore ditare.

Mulier ait: Vestra[20] quidem nitimini[21] protectione tueri[22], quod inter[23] omnes constat etiam ab[24] antiquo reprehensibile plurimum iudicari et tanquam[25] odibile reprobari. Quis enim recte[26]

---

1) *add.* *D*: inter coniugatos 2) extendere *B* ponere *Zb* 3) vires *B* 4) sed amor *B* 5) ipsis vol. *B* sibi vol. *VH* sibi noluit *Eb* 6) denegari *O* 7) Sed et *CDEb* 8) nimium *F* 9) zelopina *T* zelotopia *CFIH* zelotipia *D* 10) ipsos *O* 11) videlicet *B om. O* 12) *om. B* 13) *om. Z* 14) est fuganda *B* 15) *om. H* nauem *E* 16) evidenter *B* 17) *om. A* 18) *B*; expedit *A* sit expediens *O* 19) sine vestra potestis iniuria *B* sine uestri (uestris *H*) mariti pot. iniur. *O* 20) uerba *A* 21) intimi *B* nimium *Z* 22) tueri contenditis *H* 23) inter amantes amor locum sibi vendicare non valet quod const. *B* 24) ab ant. *om. B* 25) velut *B* 26) *om. H*

possit invidam[1] zelotypiam[2] commendare vel suo ipsam sermone tueri, quum zelotypia[2] nil sit aliud quam turpis et sinistra de muliere[3] suspicio? Absit ergo, probum aliquem cuiuscunque zelotypia[2] detineri, quia[4] cunctis invenitur· prudentibus inimica et universis bonis odiosa[5] per orbem. Praeterea sub amoris definitionis velamine inter coniugatos amorem damnare contenditis dicentes, eorum esse[6] non posse furtivos amplexus, quod[7] sine contradictionis metu adinvicem sua possunt desideria adimplere. Sed si recte definitionem intelligatis[8], ea[9] inter coniugatos amor impediri non potest. Nam quod[10] in ea ponitur „latentis amplexus", expositionem[11] denotat[12] termini[13] praecedentis translate[14] prolati, et latentes amplexus sibi vicissim porrigere coniugatos[15] non[16] videtur impossibilitatis ratio prohibere, nec obstare potest sua cuncta[17] sine contradictionis timore omnimoda[18] perficiendi facultas. Ille enim[19] amor ab omnibus est eligendus, quem obsequendi securitas assiduis[20] facit amplexibus enutriri[21], immo, quod maius est, qui[22]

[1]) *DE*; inuidiam *TCF* inuidia *H* immundam *b* [2])zelopinam *T* celotipiam *D* zelotopiam *FH* [3]) de mul. concepta *O* [4]) quia-inim. *om. H* [5]) od. sit *H* [6]) *om. H* [7]) cum *B* qui *VEb om. H* [8]) intelligeretis *B* [9]) *om. B* [10]) in ea diffinitione *B* [11]) quod expositionem *B* [12]) inducit *B* [13]) *om. A* verbi *B* [14]) translatate *A* translatione *CD* translatiue *Eb* translate *F* transactiue *H* ut intelligatur amor est immoderata furtiui id est latentis etc. et latentes *B* [15]) *om. B* [16]) *om. A* nulla *O* [17]) cuncta solatia *B* cuncta desideria *O* [18]) *VEb*; omni modo *TH* [19]) *O*; et ille enim *A* nam ille *B* [20]) assiduus potest *B* [21]) enutr.-valeat *om. H* [22]) *om. B*

sine crimine quotidianis potest actibus exerceri. Talis igitur est meis fruiturus amplexibus eligendus, qui mecum valeat mariti et amantis vice potiri, quia, quidquid[1] definitio tradat amoris, non videtur aliud esse amor nisi de aliquo habita immoderata[2] carnalis[3] dilectionis[4] ambitio, quam nil inter coniugatos contradicit haberi.

Homo ait: Si plenius esset vobis[5] amoris manifesta doctrina, et amoris vos unquam venabula tetigissent, re vera vestra[6] sententia confirmasset[7], sine zelotypia verum amorem non[8] posse consistere, quia, ut plenius est vobis[9] superius enarratum, zelotypia[10] invenitur ab omni inter amantes amoris commendata perito et inter coniugatos in[11] universis mundi partibus reprobata; quod quare contingat[12], zelotypiae[10] descriptione percepta lucidissima[13] vobis veritate[14] constabit. Est igitur zelotypia[10] vera animi passio[15], qua vehementer timemus, propter amantis voluntatibus[16] obsequendi defectum amoris attenuari[17] substantiam, et[18] inaequalitatis amoris trepidatio ac sine turpi cogitatione de amante concepta suspicio. Unde manifeste apparet, tres species[19] in se zelotypiam[10] continere[20]. Nam verus zelotypus[21] semper timet, ne

---

[1]) quidq.-amoris *om. B* [2]) et imm. *Zb* [3]) *O*; curialis *T* [4]) delectationis *V* [5]) *om. H* [6]) *O*; *om. T* [7]) *H*; confirmassent *A* confirmassetis *B* confirmaret *V om. Eb* [8]) *om. H* [9]) vob. sup. *om. VZ* vobis *om. b* [10]) *ut p. 144* [11]) *om. H* [12]) contingit *BD* [13]) *CDHb*; lucidius forma *T* [14]) veritatis *B* [15]) *O*; compassio *T* [16]) uoluptatibus *H* [17]) *VEb*; attenuare *TH* [18]) *om. H* [19]) partes *O* [20]) *om. H* [21]) *VEb*; zelopinus *A* zelopicus *B* zelotopus *H*

ad suum conservandum amorem propria *non*[1] valeant sufficere obsequia[2], et ut[3], qualiter[4] amet[5], ametur, atque recogitat, quanto cogeretur anxiari dolore, si coamans eius alteri copularetur amanti, quamvis hoc credat posse nullatenus evenire. Hanc autem ultimam speciem[6] coniugatis convenire non posse, satis patet et est manifestum. Nam maritus de uxore sine turpi cogitatione suspicionem[7] habere non potest. Pura namque zelotypia[8] applicata[9] marito ex ipsius subiecti vitio maculatur et desinit esse, quod erat. Nam et aqua omnimoda[10] limpiditate praeclara, si alveo incipiat arenoso[11] decurrere, obscuritatem ab ipsa noscitur[12] arena contrahere[13], et naturalis claritudo eam destituit, sicut ipsa elemosyna, quamvis aeternae beatitudinis praemia sui[14] mereatur natura, ab hypocrita tamen vel vanae[15] gloriae[16] cupido[17] pauperibus erogata suum naturale perdit officium et rem ipsam cum praemio facit amitti. Satis igitur constat, evidenter esse probatum, zelotypiam[8] inter coniugatos naturalem sibi locum vindicare non posse, et per consequentiam[18] inter eosdem amorem est cessare necesse, quia haec duo pariter se per omnia comitantur. Inter amantes vero ipsa zelotypia[8] amoris conservativa narratur, quia omnes tres partes supra zelotypiae[8] attributae[19] necessariae[20] iudicantur

---

1) *om. omnes* 2) *om. H* 3) *om. F* ne *CDZb* 4) equaliter ut *O* 5) amat *AVH* 6) partem *O* 7) suspectionem *A* 8) *ut p. 144* 9) aplicari *A* 10) munda *H* 11) hartuoso areuerso *A* 12) nascitur *H* 13) *om. H* 14) de sui *O* 15) vana *A* 16) *om. H* 17) cupidine *ADb* 18) sequentiam *H* 19) *O*; attribuere *T* 20) *CD*; necesse *A* necessario *BFZ om. b*

amanti; ergo zelotypia[1] inter amantes ipsos non damnatur. Multi tamen in hoc reperiuntur esse decepti, qui turpem suspicionem[2] zelotypiam[1] esse, asserentes falluntur[3]. [Sicut[4] etiam[5] saepe saepius[6] quam plurimum[7] optimum esse stagnum mentiuntur argentum.] Unde non pauci zelotypiae[1] originis[8] et descriptionis ignari decipiuntur[9] saepissime et in durissimum trahuntur errorem. Nam et inter non[10] coniugatos falsa sibi potest[11] zelotypia[1] locum vindicare, qui[12] postea non dicuntur amantes, sed amicus et amica vocantur. Quod autem voluistis vestra responsione firmare, talem esse penitus eligendum amorem, qui possit[13] sine crimine exerceri, stare non posse[14] videtur[15]. Nam quidquid solatii ab ipsis coniugatis ultra prolis affectionem vel debiti solutionem alterna vice porrigitur, crimine carere non potest, immo satis acrius vindicatur[16], si sacrae rei usum deformet abusus, quam[17] si consveta utamur[18] abusione. Gravius est[19] in uxore, quam in alia reperitur[20]. Nam vehemens amator, ut apostolica lege docetur, in propria uxore iudicatur adulter. Interpretatio[21] autem vestra, quae supra defini-

---

[1]) *ut p. 144* [2]) suspectionem *A* [3]) mentiuntur *B* [4])Sic.-argentum *om. B* [5]) enim *D om. H* [6]) sepe et sepius *DFH* [7]) plurimi *VZ* etiam quam plurimi *b* [8]) ordinis *H* [9]) falluntur *B* [10]) *om. EF* veros *H* [11]) poterit *A* [12]) quia *AE* quod [?] *D* et *H* [13]) posset *B* [14]) potest *B* [15]) *om. B* . [16]) *AC*; iudicantur *FH* iudicatur *ct.* [17]) quasi consv. *AF* [18]) utatur *T* male utatur *FHb* male utamur *CDE* [19]) grau. peccatur *B* grauior enim *CDZ* [20]) *om. B* fornicatio rep. *O* [21]) *O*; Interpositio *A* Expositio *B*

tione processit amoris[1], a nullis approbanda videtur[2], quia[3] ab ipsis maioribus traditum constat auctoribus, expositiva verba non esse in ipsis rerum definitionibus adhibenda. Unde cunctis liquide constat, interpretationem[4] vestram[5] rationis veritate[6] destitui[7], quia contra mentem videtur definitionis[8] inducta. Sed nec definitio vestra, quam constat vos de amore tulisse, aliqua potest ratione subsistere[9]. Nam ea[10] caecus[11] continetur et amens[12], quos ab amoris curia penitus esse remotos amatoris[13] Andreae[14], aulae regiae[15] capellani, evidenter nobis[16] doctrina demonstrat. Quum meis igitur intentionibus[17] vestra rationabili non potestis[18] responsione obsistere, vobis nullus hominum reputabit honori, si vestro me feceritis amore languere[19] et tanta[20] pro vobis subire[21] tormenta.

Mulier ait: Nulla quidem a vobis videtur ratio[22] demonstrata, quae meam possit infirmare sententiam vel iure[23] me cogat vestrae[24] annuere voluntati. Verum[25], quia hinc[26] inde[27] verisimilia videntur

---

1) *om. B* 2) *VHb*; *om. A* est *B* uideri *E* 3) quoniam *B* 4) *O*; petitionem *A* expositionem *B* 5) *om. H* 6) uirtute *O* 7) destituti *D* 8) diffinientis *BO* 9) substire *A* substare *F* sufficere *H* 10) *O*; *om. T* 11) Cecus enim apparet quod coniugati inquantum tales quos *B* cecus sine dubio *O* 12) amans *Ab* 13) credimus amoris aule debeant coniungi quod nobis alinore regine euidenter doctr. demonstrat *B* 14) aroree *A* audire andree *F* ouidii *G* 15) regi *CH* 16) uobis *A* 17) rationibus *O* 18) poteritis *A* 19) *TG*; languescere *O* 20) tandem *VZ* tam dirae *b* 21) mortis subire *O* 22) uitio *A* 23) *TG*; uestre *O* 24) *om. O* 25) Verumptamen quia *B* Quia tamen *VEb* quia *H* 26) *om. O* 27) utrinque *V* utriusque *G* inde utriusque *H*

iura proposita, ut vobis[1] accusationis[2] prorsus[3] omnis tollatur occasio, cuiuscunque[4] vultis dominae vel probi viri de[5] positis[6] a nobis[7] capitulis[8] non recuso iudicium, scilicet: an[9] inter coniugatos amor sibi locum valeat[10] vindicare, et an inter amantes zelotypia[11] valeat iuste laudari. Haec enim altercationis dissensio mihi videtur suum per nos non posse accipere finem vel calculo recto sopiri.

Homo ait: Nullius in hac lite requirere curo arbitrium[12], si vestra vultis[13] dicta[14] recta indagatione perquirere.

Mulier ait: Inauditum videtur a saeculo, aliquem in sua causa iudicem consistere, ideoque hic meas interponere partes recuso et alii personae istud committendum[15] relinquo[16].

Homo ait: Arbitr*um*[17] super hac discordia nominandi[18] vobis plena sit concessa potestas. Verumtamen non masculi sed feminae volo stare iudicio.

Mulier ait: Si vobis placet, mihi videtur Campaniae comitissa super hoc honoranda negotio ac discordia sopienda.

Homo ait: Huius iudicium per omnia profiteor[19] in perpetuum stabilito tenore servare et illibatum

---

[1]) uobismet *D* [2]) me causandi *CEF*[?] *om. D* me accusandi *H* [3]) *om. H* [4]) cuiusque *A* cuicunque *D* [5]) *om. H* [6]) propositis *CDZb* [7]) a vobis *B om. D* duobus *CFZb* [8]) *om. D* [9]) utrum *O* [10]) debeat uel ualeat *D* [11]) *ut p. 144* [12]) *add. VZ*: nisi uestrum [13]) uolueritis *B* [14]) dicta uerba *Zb* [15]) committendo *E* committo *H* [16]) *om. H* [17]) Arbitrium *TCEFb* Arbitrem *D* Arbitum *H* [18]) personas nominandi *B* [19]) *O*; profero *T*

penitus custodire, quia de eius sapientia ac iudicii libramine[1] nullus recte[2] unquam[3] poterit dubitare. Utriusque igitur nostrum consensu ac voluntate scribatur epistola litis demonstrans tenorem et compromissionem in eam factam significans. Sic etenim[4] fiat:

[*Epistola*[5] *missa ad comitissam Campaniae.*]

Illustri feminae ac sapienti M.[6] Campaniae comitissae mulier[7] nobilis A.[8] et[9] comes G.[10] salutem et quidquid[11] in orbe iucundius.

Antiqua nobis consvetudo aperte[12] demonstrat, et veterum illud ordo deposcit, ut inde iustitiae praecipue inquiratur[13] effectus, ubi sapientia ipsa manifeste cognoscitur sibi[14] domicilium invenisse, et rationis veritatem potius ex fontis quaerere[15] plenitudine quam ex[16] parvorum[17] tenuitate rivorum emendicata[18] postulare suffragia. Summa namque

---

1) liberamine *A* recto libr. *BO* 2) *om. BF* unquam poterat recto *H* 3) nunquam *A* 4) enim *B* Sic-fiat *om. OGI* 5) Ep.-Camp. *Bb om. ACZ* Sequitur Capitulum .X. epistola missa campanie comitisse *D* Epistola ad comitissam campanie super questionibus. Rubrica *F* Epistola ad comitissam campanie missa super questione predicta *G* Littera missa campanie comitisse ab amatoribus super eorum controuersia *I* 6) *AIO*; *om. B* .R. *G* 7) nobili mulieri *C* nobilissime mulieri *Z* mulier quedam nobilis *G* .G. mulier nobilis *IF* mulier nobilis *b* 8) .V. *B* Tauernaria *C* .N. *F* .R. *H om. DEGIb* 9) et .N. comes *C* .N. comes *EI* P comes *b* 10) *om. CEGIb* quidam *DF* et *H* 11) qu.-iuc. *TVG* (iocunditatis *G*) gaudia multa *IZb* 12) *om. FZb* 13) requiratur *O* 14) *om. CHb* 15) *om. H* 16) *om. H* 17) paruulorum *O* 18) vendicata *DG* mendicata *F*

rerum egestas vix[1] poterit alicui copiam propinare bonorum vel[2] fertilitatis abundantiam derivare[3]. Magna namque domino inopia fatigato erit[4] impossibile prorsus, divitiis abundare vasallum.

Quadam ergo die, dum sub mirae altitudinis et extensae nimis latitudinis umbra[5] pini[6] sederemus[7] et amoris essemus penitus otio mancipati eiusque svavi et acerrimo disputationis conflictu studeremus[8] investigare mandata, duplicis dubitationis nos[9] coepit instigare[10] discretio[11] et[12] laboriosi fatigare sermones, an scilicet inter coniugatos verus amor locum sibi valeat invenire, et an inter amantes vigens[13] sit zelotypia[14] comprobanda[15]. Quarum quidem dubitationum quum[16] frequens inter nos valde[17] disputatio verteretur, et uterque nostrum suam partem[18] videretur[19] rationabili[20] sententia[21] roborare[22], neuter alterius voluit[23] acquiescere voluntati vel productis rationibus[24] consentire. Super[25] quo vestrum postulamus arbitrium utriusque vobis partis[26] plenarie disputatione transmissa[27], ut sic a vobis subtiliter veritate discussa

---

1) uix unquam *O* 2) vel-derivare *om. D* 3) destinare *B* 4) est *D* 5) *om. B* 6) primo *B* pari *H* 7) consideremus *CEb* consederemus *DFG* consideramus *H* 8) cum stud. *B* stud.-dubit. *om. H* 9) uehementer nos *O* 10) inuestigare *A* inquietare *O* 11) dissertio *O* 12) laboriose fatigando sermonihus *B* 13) ingens *BO* 14) *ut p. 144* 15) approbanda *Zb* 16) *B*]?]*O*; causa *A* dum *G* 17) *om. D* 18) *om. P* 19) videtur *A om. O* 20) ration. iure *P* 21) sententiam *P* 22) roboraret *O* 23) ualuit *D* 24) *om. H* 25) Sed uestrum super hoc litigio postulatur *OG* (postulamus *G*) 26) *om. H* 27) transmittendo *B*

nostrum valeat iurgium competenti fine sopiri et iusta definitione sedari. Nam liquide[1] et manifesta veritate scientes[2], sapientiae[3] vos omnimodam plenitudinem possidere[4] ac neminem iustitia[5] velle decipere; decipi[6] nullatenus credentes[7], Excellentiae vestrae instantissime iudicium imploramus et[8] animi pleno[9] desideramus affectu, praesenti vobis devotissime supplicantes affatu, ut huius negotii pro nobis frequens vos sollicitudo detentet, vestraeque prudentiae iustum super hoc procedat arbitrium, nulla temporis dilatione prorogante iudicium.

[*Epistola*[10] *remissa a comitissa Campaniae*].

Prudenti ac nobili feminae[11] A.[12] et viro illustri atque[13] praeclaro G.[14] comiti M. Campaniae comitissa salutem. Quoniam[15] cunctorum iustas tenemur exaudire petitiones[16], et nullis digna quaerentibus nostrum decet denegari auxilium,

---

1) liquida *B* liquido *O* 2) cognoscimus *B* 3) aput *H* 4) habere *Zb* 5) iustitiam *CEFb* 6) Decipi igitur *B* decipique *O* 7) posse cr. *O* 8) ut animi *B* et animo *C* et iam *D* et cum *E* 9) plene *B* 10) Ep.-Camp. *B*; *om. ACE* eiusdem comitisse responsio *D* Epistola remissiua comitisse Rubrica *F* Responsio epistole supradicte *G* Hic soluitur questio utrum inter coniugatos verus amor possit esse Et an inter amantes sit zelotopia probanda *H* Litera directa a comitissa ad comitem *I* Epistola missa F. a comitissa praedicta *b* 11) viro atque preclaro *Z* 12) . V . *B* tabernariae *C* . N . *DF* . G . *I* 13) atque pr. *om. B* 15) . A . *B* . N . *CDEI* . D . *F* . R . *H* 15) Quoniam rem non postulastis indignam sed ab omnibus de sui natura laudandam et nullis *Zb* (*H:* laud. paulo dignam) 16) preces et petitiones *B*

maxime ubi[1] in amoris oberrantes articulis nostro postulant arbitrio revocari, quod[2] litterarum vestrarum[3] series indicavit, cuiuslibet[4] intensae[5] dilationis mora reiecta diligenti sollicitudine suo curavimus effectui[6] mancipare.

Vestra igitur pagina[7] demonstravit, tàlem inter vos dubitationis originem incidisse: Utrum inter coniugatos amor possit habere locum, et an inter amantes zelotypia[8] reprobetur, et in ambobus dubiis utrumque[9] vestrum in suam declinare[10] sententiam et[11] alterius adversari[12] opinioni[13], et cuius de iure mereatur[14] obtinere sententia, nostro[15] velle vos[16] iudicio[17] definiri. Ideoque utriusque diligenter assertione[18] perspecta et ipsa veritate omnimoda inquisita[19] indagine praesens litigium tali voluimus[20] iudicio terminare. Dicimus enim et stabilito tenore firmamus, amorem non posse suas inter duos iugales[21] extendere[22] vires. Nam amantes sibi invicem gratis omnia largiuntur nullius necessitatis ratione cogente. Iugales vero mutuis tenentur ex debito voluntatibus obedire et in nullo[23] se[24] ipsos sibi invicem denegare. Praeterea

---

1) ut *DF* 2) et quia *B* 3) uestr. manifeste nobis *O* 4) ideo cuiusl. *B* 5) immense *D* 6) *CFZ*; effectu *Tb* affectui *D* 7) nobis pag. dem. *EFb* nobis pag. demonstrat *H* 8) *ut p. 144* 9) utrum uterque *D* uterque *H* 10) vult declinare *H* 11) ac neminem alt. *B* 12) *DGb*; aduersarii *ACFH om. B* 13) op. annuere volentem *B* 14) mereat opinionem obt. *H* 15) iusto *B* meo *CDZb* me *F* 16) *om. B* 17) credo *H* 18) assert. partis *B* 19) perquisita *O* 20) uolumus *O* 21) coniugales personas *E* coniugatos *F* 22) contendere *A* 23) nullas *H* 24) se ips. *om. B*

quid[1] iugalis[2] crescit honori[3], si sui coniugalis[4] amantium more fruatur amplexu, quum neutrius[5] inde possit[6] probitas augmentari, et nihil amplius [augmento[7]] videantur habere[8] nisi, quod primitus iure suo[9] tenebant? Sed et alia[10] istud[11] ratione[12] asserimus, quia praeceptum tradit[13] amoris, quod nulla etiam coniugata regis poterit[14] amoris[15] praemio coronari, nisi extra[16] coniugii foedera ipsius amoris militiae cernatur adiuncta. Alia vero[17] regula docet[18] amoris, neminem posse duorum sauciari amore. Merito ergo inter coniugatos sua non poterit[19] amor iura cognoscere. Sed et alia quidem ratio eis obstare videtur, quia vera inter eos zelotypia[20] inveniri[21] non potest[22], sine qua[23] verus amor[24] esse non valet ipsius amoris norma[25] testante, quae[25] dicit: Qui non zelat[26], amare non potest.

Hoc igitur nostrum[27] iudicium cum nimia moderatione prolatum[28] et aliarum quam plurimarum[29] dominarum consilio roboratum pro indubitabili vobis sit[30] ac veritate constanti.

---

[1]) ad quid *B* [2]) iugali *CD* [3]) honoris *GH* [4]) iugalis *DH* [5]) uenturus *A* [6]) poterit *H* [7]) augumento *A* augmenti probitatis percipiunt nisi *B om. O* [8]) *CFZb*; *om. T* haberi *D* [9]) *om. H* [10]) aliud *H* [11]) *om. H* [12]) recte *H* [13]) tradidit *H* [14]) *om. B* [15]) amor. diademate mulier cor. *B* [16]) *O*; ex *T* [17]) autem *VZ* [18]) docemur *O* docetur *G* [19]) *DHI*; potuit *ct.* [20]) *ut p. 144* [21]) non videtur inueniri *B* [22]) *om. B* [23]) *om. H* [24]) amator *D om. H* [25]) nemor . . qui *H* [26]) celat *FZb* [27]) *BO*; meum *A* [28]) *O*; probatum *TG* [29]) *B*; quam plurimum *ACGŻ* quam plurium *DF* [30]) *O om. A*; mititur *B*

Ab[1] anno MCLXXIIII Kal. maii. Indictione VII.

G. Loquitur[2] nobilior nobiliori.

Si nobilior a nobiliori femina petat amorem[3], hanc primo[4] debet servare[5] doctrinam, ut dulcia prae cunctis[6] ac svavia verba proponat, sibique quam[7] plurimum in verbi prolatione praecaveat, ne aliqua proferat, quae digna[8] reprehensione cernantur. Nobilis[9] enim mulier sive[10] nobilior promptissima[11] reperitur et audax hominis nobilioris facta vel sermones arguere multumque laetatur, si suis ipsum pulchre[12] possit dictis illudere. Ad[13] multa igitur superius enarrata poterit[14] hic

---

1) Ab-VII *C*; Ab anno domini M.CCX. mensis septembris Indictione duodecima (XII *B*) *T* Ab anno M.C.LXXVI Tercio kalend. maij. Indictione VIIa *D* Ab anno M. C. LXXIIII R.[?] Kal. mad. indictione VII *E* Ab anno Millesimo centesimo LXXIIII Kall. Madii. Indic. VII *F* ab Anno . M. C. LXXIIII°, kalendas marcij Indicon. septima *H* anno MCLXXIIII kalendas madij Indictione VII *I* Ab anno M. C. LXXIV. Kal. madii indictione VII *Cod. Vindob. om. Gb* 2) Incipit octauus tractatus acquirendi amoris continens sicut Vir nobilior a nobiliori Muliere petit amari et ait *A* Si, nobilior a nobiliori petat amorem *B* Incipit cap. undecimum in quo loquitur nobilior nobiliori *D* Loquitur nobilis nobiliori *E* loquitur nobilior nobiliori Rubrica *F* De amore nobilioris viri cum nobili femina. Et ibi terminantur multe questiones *H* Si nobilior a nobiliori femina petat amari *Ib om. C* 3) amari *OGI* 4) *om. B* 5) *B*; primo seruare *A* prenotare *O* 6) ceteris *CDZb* 7) *om. O* 8) indigne representatione *H* 9) Nobilior *O* 10) sive nob. *om. O* 11) promissima *CF* prouidissima *D* prouissima *E* 12) *om. BH* 13) Ad hec *D* 14) possunt sibi locum in hoc articulo vendicare *O*

praesens articulus adaptari, sicut[1] diligens facile poterit lector advertere. Sed et hanc suis dictis poterit[2] annectere formam[3]:

Credo quidem et est[4] verum, bonos omnes ob[5] hoc a Deo in hac vita disponi, ut vestris et aliarum dominarum voluntatibus obsequantur, et lucidissima videtur mihi ratione[6] constare, quod homines[7] nil esse possunt nilque de bonitatis valent[8] fonte[9] praelibare, nisi dominarum hoc fecerint svadela[10] commoti[11]. Sed quamvis ex mulieribus cuncta videantur bona procedere, et multam eis Dominus praerogativam concesserit[12], et[13] omnium dicantur esse[14] causa et origo bonorum, necessitas sibi[15] tamen evidenter incumbit, ut tales se debeant[16] bona facientibus exhibere, ut eorum[17] probitas earum[18] intuitu de virtute in virtutem modis omnibus crescere videatur. Nam, si nulli[19] lucem ipsarum claritudo contulerit[20], erit[21] tanquam[22] candela sub modio[23] latenter abscondita[24], cuius radius nullius meruit tenebras propulsare nec cuiusquam splendere[25] profectui[26]. Patet ergo, quod

---

1) que *O* 2) poteris *E* 3) *add. b*: Incipiat autem sic 4) est bonum ac verum *H* 5) ad *B* 6) ueritate *P* 7) *O*; nil esse possit *A* nil boni esse possit *B* 8) *O*; ualet *A* valeret *B* 9) *Zb*; fomite *TV* 10) tela *B* 11) commoueri *B* citati *CEb* incitati *D* citari [?] *H om. F* 12) concessit *FZ* 13) cum *B* 14) *om. B* 15) ipsis *B* 16) studeant *B* 17) earum *DFZb* 18) eorum *A* ipsarum *B* bona quidem (quid *H*) aliis occasionem prestet agendi *O* (*om.* earum-videatur) 19) *om. H* 20) non cont. *H* 21) reputabitur *B* 22) pro *B* 23) vase *B* 24) absconsa *O* 25) *CFH*; splendore *AE* splendorem *B om. b* nec-prof. *om. D* 26) augmentare *B* prof. refulgere *b*

quilibet[1] toto[2] debet elaborare conatu[3] sua[4] dominabus[5] impartiri ministeria, ut earum possit gratia coruscari. Ipsae autem plurimum tenentur esse[6] sollicitae in[7] bonis actibus corda servare[8] bonorum et quemlibet pro[9] suis meritis honorare. Nam quidquid[10] boni faciunt dicuntque[11] viventes, totum[12] mulierum[13] solent laudibus indulgere et eis obsequendo ea[14] perficere, ut[15] earum possint gloriari muneribus, sine quibus nemo[16] posset[17] in hac vita proficere[18] nec aliqua laude dignus haberi. Plurimos autem scio, qui amoris noverunt[19] perfectione ditari, alios vero novi, qui solius spei nutrientis[20] lacte[20] aluntur; ego vero[21] amoris perfectione et[22] spei largitione[23] nudatus, sola et pura de vobis cogitatione possessa sustentor prae[24] omnibus amatoribus[25] † habendo[26] solatia[27] infinita. Pietas ergo vestra conversa respiciat et meae solitariae cogitationi[28] adminiculum praestet augmenti. Et vos quidem attentissima prece deposco, ut amoris non studeatis curiam evitare. ⌈ Nam ab amoris aula semotae sibi[29] tantummodo[30] vivunt ex earum vita nemine sentiente profectum; prod-

---

[1]) quilibet probus *B* [2]) *om. H* [3]) coactu *H* [4]) suis *A* [5]) *add.*: in cunctis *O* [6]) *om. H* [7]) et in *D* [8]) conseruare *O* [9]) uel *F* [10]) cuncta que *B* [11]) dic.-totum *om. B* [12]) id totum *O* [13]) dominarum semper *B* [14]) talia *B om. O* [15]) *BO*; quibus *A* [16]) nullus *O* [17]) poss. bonum *D* [18]) perficere *ADF* [19]) meruerunt *O* [20]) nutrimentis *O* [21]) autem *O* [22]) in spe *B* [23]) *om. B* [24]) et prae *O* [25]) *O*; amoribus *T* [26]) *TZ*; habundo *Vb* [*fortasse scribendum*: avendo] [27]) infinitis solatiis *O* [28]) cogitationis *TH* [29]) solummodo sibi *H* [30]) *om. H*

esse autem nulli volentes pro moritus saeculo[1] reputantur, et earum fama nullatenus est digna relatu sed momento[2] prorsus silentii subhumanda[3]. Quae vero amoris student vacare solatiis, suae videntur probitatis incremento[4] studere et aliorum[5] profectui[6] deservire. Unde merito dignissimae multo[7] iudicantur honore, et ipsarum universi nituntur attollere famam. Haec autem me[8] vobis non credatis asserere, quasi ad haec[9] vos bona perficienda meis intendam provocare sermonibus, quia toto corde[10] confido et fide credo plenaria, quod nulla vos posset[11] occasio ab ea[12], quae bona sunt, faciendo[13] subvertere. Sed ideo me sciatis in hac parte vos admonere curasse, quia saepius repetita placebunt[14], maiori solididate firmantur[15] et attentiori[16] memoria[17] servantur[15], ac, quum fuerit opportunum, exercentur[15].

Mulier ait: Quamvis vestra verba[18] sint alta nimis et[19] profunda et amoris subtilitatis[20] attingentia muros, pro[21] ingenii tamen capacitate curabo illis[22] competenti respondere sermone. Quia igitur Tullii[23] nobis[24] insinuante[25] peritia quae recentiori[26]

---

[1]) seculi *B* in sec. *H* [2]) *H*; monumento *ct.* [3]) subiuuanda *Z* subiuganda *I* [4]) incrementum acquirerere et al. *B* [5]) *O*; aliarum *T* [6]) profectu *A* [7]) *O*; multum *A*; *om. B* [8]) *om. H* [9]) hoc *A* [10]) cordis *A* [11]) possit *B* [12]) *CF*; hijs *T* eis *DZb* [13]) *om. B* facienda *DH* [14]) plac. et *B* ueritas *O* [15]) firmatur . . seruatur . . exercetur *O* ac-exerc. *om. H* [16]) *O*; attentiora *T* [17]) *O*; *om. T* [18]) *om. H* [19]) atque *FZb* [20]) subtilitate *H* [21]) illis tamen pro indigenti capac. *H* [22]) *om. H* [23]) tulli *AE* nulli *F* tulij *ct* [24]) uobis *E* nos *H* [25]) confirmante *H* [26]) *O*; recentiora *T*

sunt[1] dicta colloquio[2], facilius possunt memoriae gremio commendari, vestris novissime dictis primitus respondere[3] insistam[4]. Nam, quod vestra me suadela[5] commonuit[6], ut[7] ea facere studeam, quae mihi et aliis esse possint[8] probitatis augmento[9], gratum[10] mihi fuit et acceptabile satis, quia cordi mihi erat sine[11] cuiusquam istud admonitione perficere. Scio ergo[12], mulieres[13], ut vestra notavit[14] assertio, esse debere[15] causam[16] et originem[16] bonorum, ut hilari scilicet facie et urbanitatis quemlibet[17] receptu[18] suscipiant, et cuilibet[19] pro suae[20] qualitate personae verba competentia dicant et omnibus patenter svadeant[21] curialitatis opera exercere[22] et omnia[23] habentia rusticitatis instar declinare, et[24] ut suam famam propriarum[25] rerum non valeat tenacitas denigrare[26]. Amorem autem exhibere est graviter offendere Deum, et multis[27] mortis[28] parare pericula. Et praeterea[29] ipsis amantibus innumeras videtur[30] inducere poenas et assidua parare[31] quo-

---

[1]) sint *A* [2]) colloquia *Hb* [3]) respondebo *Zb* [4]) *om. Zb* [5]) suasio *B* [6]) commemorat *D* commoneor *E* commoueor *Hb* [7]) ea facere que *Zb* [8]) possunt *Eb* possunt esse prob. *H* [9]) augmentum *BO* [10]) gratiosum *V* est mihi gratiosum *Zb* [11]) istud sine omni adm. *Zb* [12]) igitur *VZ* [13]) quod mul. *O* (mulier *H*) [14]) nouit *H* [15]) cunctis esse debent *O* [16]) causa et origo *AO* [17]) precepto queml. *Zb* [18]) *om. Zb* [19]) cuiuslibet *A* [20]) sua *D om. Zb* [21]) studeant *A om. H* [22]) frequenti studio uisitare *V* fr. stud. exercere *Zb* [23]) omnia inurbana penitus declinare *Zb* [24]) *om. BH* [25]) *om. Zb* [26]) obumbrare *B* obscurare *O* [27]) multa *B* [28]) mentibus *H* [29]) propterea *B om. Zb* [30]) videmus *B om. Z* [31]) atque par. *B* par. ac *O*

tidiana tormenta[1]. Quod ergo bonum esse[2] potest in eo facto, in quo coelestis sponsus offenditur, et[3] ipse proximus laeditur, et ipsi actores[4] mortis inde noscuntur[5] pericula sustinere et poenis cruciari assiduis? [Quamvis igitur amor[6] cogat omnes[7] curiales exsistere et a qualibet homines[8] rusticitate constituat alienos, tamen[9] propter magna, quae sequuntur[10], inconvenientia et poenas gravissimas imminentes[11] res timenda[12] videtur et a nullis optanda sapientibus[13] et praecipue odio habenda militibus.] Nam quibus ex fortuitu[14] proeliorum eventu mortis quotidie videntur instare pericula, maximo debent studio praecavere, ne talia committant[15], propter[16] quae[17] supernae[18] patriae regi[19] iudicantur[20] offensi[21]. Nobis[22] igitur expedire[23] videbitur ab[24] amore vacare et amantium laboriosas angustias evitare. Amantes enim non solum inter ipsas vigilias variis poenarum languoribus fatigantur, sed etiam dormiendo modis quam plurimis[25] anxiantur. Sic[26] asserunt, quos amoris labor exagitat et quotidie in amoris aula versantur; amoris enim penitus[27] inexperta

---

[1]) torm. inducere *H* [2]) est esse *A* esse non *C* [3]) *om. H* [4]) auctores *VHb* [5]) dignoscitur *C* dignoscuntur *DF* [6]) *om. A* [7]) homines *Zb* [8]) eos *Zb* [9]) *om. A* [10]) ex eo sequ. *B* inde sequ. *O* [11]) eminentes *VEb* [12]) nimis timenda *O* [13]) prudentibus *O* [14]) fortuitis . . euentibus *B* [15]) *VEb*; permittant *T* comitari *H* [16]) unde *Zb* [17]) *om. Zb* [18]) superno regi *Zb* [19]) rex *B* [20]) iudicatur *B* iudicentur *CDZb* uiderentur *F* [21]) offendi *B* offensio *F* [22]) Vobis *O* [23]) *om. B* [24]) *om. O* [25]) pluribus *AZ* [26]) Sicut *B* Sic enim *O* [27]) *om. B*

fortassis eius[1] indicare naturam non possem, nisi in[2] quantum aliena potui[3] relatione doceri[4].

Homo ait: Vos talia dicitis, qualia qui verbis tantum suos ditare studet amicos, rei autem ipsos[5] intendit penitus effectu frustrare. Nam hilari vultu in suo quemlibet adventu suscipere[6] et svavia sibi responsa praestare et ipsum necessitatis[7] imminente periculo factis[8] nullatenus adiuvare ac svadere, ut in[9] curialitatis ipse per omnia versetur[10] operibus, nil[12] aliud est quam ille[12], qui blandi[13] sermonis dulcedine confidentem fallit[14] amicum atque se ipsum gloriari[15] contendit[16]. Est enim[17] malo similis[18] sacerdoti, qui de ipso[19] plurima bona simulando et alios[20] aeternae vitae opera commonendo[21] propria se ipsum damnat sententia et aliis modum remunerationis ostendit. Nec obstare potest, quod Deum in amore narratis offendi, quia cunctis[22] liquido constare videtur, quod[23] Deo servire summum bonum ac peculiare[24] censetur; sed qui Domino[25] contendunt perfecte servire, eius[26] prorsus debent obsequio[27] mancipari et iuxta

---

1) et eius *A* cum sim eius *B* eius vobis non possem veram angustiam indic. nisi *H* 2) in qu. *om. B* in *om. FHb* 3) fuero *B* 4) instructa *B* 5) ips. int. *om. H* 6) suscip. proponitis *B* 7) necessitatis tempore nullatenus *F* 8) *om. B* 9) *O*; *om. T* 10) versatur *B* 11) quod nihil *B* 12) ille qui *om. B* 13) blanda *H* 14) fallere *B* 15) ostendere consolari *B* 16) *om. B* 17) etiam *B* ergo *O* 18) simile *B* 19) *AE*; de se ipso *ct.* 20) al. ad *B* alijs *H* 21) *DEH*[?]*b*; commouendo *TC* amonendo *F* 22) *om. H* 23) Et ab omnibus deo *B* 24) postulare *T* 25) deo *O* 26) ipsius *B* 27) obsequia *A* obsequiis *B* obseq.-debent *om. H*

Pauli sententiam nullo saeculari debent adimpleri[1] negotio. Ergo, si servire Deo tantum vultis eligere, mundana vos oportet cuncta relinquere et coelestis patriae solummodo contemplari secreta. Non enim Deus voluit, aliquem[2] dextrum in terris[3] pedem et in coelo[4] tenere[5] sinistrum, quia[6] nemo potest duorum intendere competenter[7] obsequiis. Unde quum, alterum[8] vos pedem in terrenis habere[9], ex eo[10] sit manifestum, quod ad vos venientes hilari receptione[11] suscipitis et curialitatis verba secum adinvicem[12] confertis et amoris eis[13] opera svadetis, credo, vobis esse[14] consultius efficaciter amori vacare quam Deo sub alicuius coloris palliatione mentiri. Credo tamen[15], in[16] amore Deum graviter[17] offendi non posse; nam quod natura cogente perficitur, facili potest expiatione mundari. Praeterea fas nullatenus esse videtur, id inter crimina reputare, a quo bonum[18] in hac vita summum[19] habet[20] initium, et sine quo nullus in orbe posset laude[21] dignus haberi. Ad haec ex amore proximus nullam sentit iniuriam, id est: sentire non debet, quia, quod quisque ab alio exigit, id est: exigere debet, ab alio exactus libenter sufferre[22] tenetur[23]. Multi

---

1) implicari *BDF* implicare *CH* implicatio *E* applicari *b* 2) ab aliquo *B* 3) terrenis *O* 4) coelestibus *O* 5) teneri *B* 6) cum nemo valeat *B* 7) *om. H* 8) *O*; alium *T* 9) eo habere *H* 10) ex eo *om. H* 11) *VHb*; susceptione *AZ* vultu *B* 12) libenter *B* adinuicem libenter *O* 13) *om. B* 14) *om. H* 15) etiam *B* 16) in am. *om. H* 17) *om. H* 18) bon. quodlibet *O* 19) sumit *O* 20) *om. O* 21) *BO*; laudare *A* 22) prestare *VEb* pati *H* 23) uidetur *DF*

tamen suae ascribunt iniuriae, quod nullam videtur iniuriam continere. Nec vobis videatur absurdum, quod taliter vobis exposui: „exigit, id est: exigere debet“, quia[1] quoddam evangelicae legis verbum, ex quo tota lex et prophetae pendere dicuntur, eodem modo docemur exponere. Sic enim dicimus: „Quod tibi non vis fieri, id est: velle non debes, alii non facias“. — Dixistis autem, amorem a cunctis esse vitandum, quia ex eo poenae sequuntur et pericula graviora. Sed[2] illud sollicitius[3] tenemur appetere, quod maiori instante periculo denegatur, et quod sine gravi non possumus labore[4] percipere; nam post triste malum dulcior ipsa salus. Nulla igitur potestis vos[5] ratione tueri, quod amare non sit cunctis[6] appetibile bonum, ad quod omnes tenemur tota virtute conari. Quem autem debeatis[7] amare[8], vobis incognitum esse non credo. Ille namque vobis videtur amandus, qui totum in[9] vobis habet suae devotionis[10] affectum et cuncta bona pro vobis[11] agere[12] studet. Sed si fama zelo adversus me non duceretur invidiae[13], vestro nullus me dignior inveniretur amore, quia pro vobis omnibus humilis et devotus reperior et cunctis mearum rerum largus exsisto donator, et quaecunque bona sub

[1]) quia et *O* [2]) Sed certe *B* [3]) *CDEb*; solummodo *T* sollicitis *F* solliciti *H* [4]) laborare *A* lab. percip. *om. H* [5]) *om. VEb* [6]) ceteris *A* [7]) *O*; debetis *T* [8]) *om. H* [9]) in vob. hab. *om. B* [10]) dilectionis *O* [11]) *om. B* [12]) facere *FH* [13]) inuidia *A* sed si famam zelo . . non duceret inuidia *F* sed si mala zelos . . non duceretur inuidie *H*

coelo ab aliquo possunt excogitari, pro meis studeo viribus adimplere. Discat ergo[1] prudentia vestra meritis favere cuiuslibet, quia non solum iuris[2] facundus[3] [verus[4]] assertor[5] sed etiam[6] mutus dignus[7] invenitur fidelis obsequii mercedem suscipere.

Mulier ait: Vanam quidem mundi gloriam non affecto nec sine re verbis propriis[8] quaero ditare amicos, sed ad melioris vitae merita vos invitare nitebar, non quasi amoris volens damnare[9] ministeria[10], sed mundanis rebus superiores causas esse praelatas cupiens demonstrare. Sed divinarum[11] rerum ad praesens disputatione omissa, stilum[12] ad amoris vertamus iudicium. Gauderem igitur plurimum, si vestra lingua tacente propria solummodo[13] vos facta laudarent, quia Salomone[14] testante[15] omnis laus in proprio ore vanescit[16]. Praeterea quid exspectavit tam magna et effusa largitas vestra? Quam[17] diu tardavit haec, quae video, interpola[18] et attrita vestimenta donare? Numquid divitiis abundant milites universi, et nullus reperitur[19] egenus?

Homo ait: [Verbo[21]] auctori praedicti proverbii

[1]) igitur *BH* [2]) *O*; uiris *A* verbis *B* [3]) facundis *B* facundie *F* [4]) *A*; remunerari *B om. O* [5]) *om. B* [6]) et. mut. *om. B* [7]) dignam inv. merc. fidelium obsequijs prestare *B* [8]) propriis hoc *A* propriis os *C* proprios *FZb* [9]) distare *D* [10]) misteria *VHb* [11]) diuitiarum *A* [12]) *om. B* [13]) Salomon *D* [14]) Sal. test. *om. FZb* [15]) *add. T*: scilicet [16]) sordescit *BI* uilescit *O* [17]) et quam diu *B* quod tam diu *CD* quid tam diu *E* tam diu *F* que tam diu *H* [18]) interp. et. *om. B* [19]) reperiatur *H* [20]) verbo rectoris praed. pr. *A* Verbis auctoris pred. pr. *B* Prouerbii uerbi predicti auctori *CD* Prouerbii predicti actori *E* Prouerbii predicti auctori *Hb* (authori *b*)

rabiem vultis imponere, quum perperam[1] eius dictum interpretari contenditis[2]. Non enim decet, aliquem probum virum in aliorum aspectu vel coetu vulgarium propria facta laudare. Sed[3], si aliquis velit[4], quaecunque laudabilia fecit[5], in alicuius dominae[6], pro qua ipsa[7] bona profitetur egisse, [in[8]] secreto aspectu referre, istud nulla videtur ratione negatum, et hoc non[9] sine causa noveritis esse permissum. Homines enim singuli in amoris negotio sibi invicem sunt aemulantes et summa inter se detinentur invidia, et[10] vix[11] unquam tam dilectus aliquis[12] tamque reperitur[13] amicus[14], qui in[15] mulieris aspectu alterius velit probitates referre vel eius libenter[16] laudabilia facta recolere. Et hoc est illud generale vitium[17], quod cunctos inficit homines, et quod[18] causam dedit edicto[19], ut[20] praefato proverbio haec induceretur[21] exceptio. Nam si alicuius litigatoris iudici sint[22] incognita iura, merito[23] contrarii calculi statuta reportat. Praeterea haec[24] attrita, quae videtis, indumenta portavi[25], ut liquido cognoscere possem,

---

[1]) preterea *H* [2]) contendatis *B* contempnitis *H* [3]) Sed et *Z* [4]) *O*; fecit *A* fecerit *B* [5]) *om. B* [6]) dom. honore et *B* [7]) ipse *Bb* [8]) in secr. eius *B* in secr. *ct.* [9]) *om. AH* [10]) itaque *B* [11]) uix aliquis *H* [12]) al. tamque *om. H* [13]) reperiatur *A* [14]) amicabilis alicui mulieri qui in alterius aspectu mulieris eius velit *B* [15]) *om. A* [16]) *om. BF* [17]) prouerbium quod presumptuosos inficit *B* [18]) quod-dedit *om. B* [19]) edito *D* edictum *F* [20]) *O*; aut *T* [21]) propter hoc edicto aut pref. prouerbio . . . inducta est *B* [22]) sint-haec *om. A* [23]) merita *D* [24]) Hec autem ideo *CFH* Hec autem tam diu ideo *D* Hec autem *Eb* [25]) ideo portaui *B*

utrum apud vos homo probus per indumenta an indumenta per hominis probitatem mereantur[1] honorem. Et ex vestra mihi videtur liquere sententia[2], magis apud vos vestium[3] cultum quam morum ornamenta placere[4]. Quam rem noveritis[5] vestrae detrahere probitati. Nam feminae rusticanae totam[6] spem suam in vestimentorum ornatu[7] disponunt; nobiles vero atque prudentes indumentorum ornatum sine probitatis cultu[8] reiiciunt[9] et solummodo morum[10] in homine credunt[11] reverendam culturam. Praeterea satis mihi sufficere credo meam[12] plenarie[13] inter alios emittere largitatem. Nam si[14] aliquis alienos penitus[15] negligendo labores in suae personae cultura quam plurimos studet[16] expendere sumptus, nunquam inde potest aliquid suae crescere laudi[17]. Si[18] quis enim ex eo, quod in se ipso impendit[19] plurima bona, dignus laudis praemio diceretur, multorum memoriam scimus esse damnandam[20], quorum fama praeclara viget[21] in orbe et a cunctis est[22] merito commendata[23]. Sed eorum praecipue a cunctis reperitur fama[24] laudibus efferenda, qui suas penitus

---

1) mereatur *Hb* 2) facta sent. *H* 3) uestitum electis quam *H* 4) priuilegiis gaudere *B* 5) noscetis *B* plurimum noueritis *O* 6) *om.* *H* 7) orn.-indum. *om.* *T* 8) cultura *D* 9) rei curat *A* ponere curant *B* 10) *om.* *BE* eorum *H* 11) vestium credunt *B* 12) meam pl. *om.* *B* 13) pleniter *CDH* penitus *E* *om.* *F* plenius *b* 14) *om.* *A* 15) *om.* *H* 16) studeat *B* studuit *D* 17) cr. fame laudi *D* accrescere laudi *FZb* 18) Nam si quis ex eo *B* 19) impendat *B* 20) dampnatam *O* 21) uigeret *O* 22) esse *C* esset *D* *om.* *FZb* 23) commendandam *CD* commendanda *FZb* 24) *O*; forma *T*

utilitates omittunt[1], ut aliorum necessitates sufficienter[2] valeant et penurias adiuvare. Hac[3] ergo verborum inopia rusticanis, ut dictum[4] est, mulieribus derelicta[5] altiora verba quaeratis, ut non solum habitu[6] et incessu sed etiam ipsa[7] loquela vestri generis possit apparere nobilitas atque prudentia deprehendi. Proverbia[8] vel vaniloquia vobis respondere[9] nolo, quia saepius auditoris animum rubore[10] perturbant[11], et nullum[12] per ea probitatis[13] cognoscitur augmentum; sed amoris donum superius enarratum instanter postulare non cesso.

Mulier[14] ait: A multis retro temporibus scio in[15] vulgo narratum, quod illusiva proverbia, quae veritatis colore nituntur[16], magis animum provocant auditoris ad iram[17], quam quae transitoriae ac fictitiae proferuntur ambages, et ideo me talia proposuisse poenitet in futurum, quia ipsa vestrum[18] animum concitasse cognosco. Unde proverbiorum mutua collatione omissa vestrae aliter[19] postulationi respondere curabo. Dico enim, quod in hac vita nil est laudabilius quam sapienter amare, et nullus ad plenum potest ea, quae homines dignos laude constituunt, adimplere,

---

1) patienter obmittunt *BCFZb* (emitt. *b*) pat. obmittant *D* 2) *om.* *B* 3) huiusmodi *V* huius *E* horum *H* 4) predictum *O* 5) sit derel. *H* 6) in hab. *B* 7) in ipsa *B* 8) pro uero *A* Prouerbiis itaque vel vaniloquiis vestris *B* 9) reprehendere *FH* impendere *b* 10) nimio rubore *O* 11) percurabant *A* conturbant *O* 12) multum *A* 13) probitas cognoscit *O* 14) *Responsum mulieris om. H* 15) si· in *A* 16) perfundantur *B* 17) ad iram *om.* *C* 18) uestrum uehementer *VEb* 19) taliter *VEb*

nisi amoris haec[1] faciat compulsione svasus[2]. Et ideo recte agitis, si vobis idoneum amorem curatis[3] appetere[4], per quem semper vobis possit benefaciendi propositum augmentari. Mei tamen amoris fructum nullatenus[5] invenire potestis[6], quia quidam mei[7] dolores occulti denegant mihi prorsus amare. Sed, etsi[8] absoluta mihi esset amandi licentia, quiddam[9] tamen adhuc restat, quod vobis[10] meum cogit denegari amorem, quia alterius fuistis anticipati[11] obsequiis et in amoris petitione praeventi[12], et ideo merito vobis in amoris consecutione praefertur[13].

Homo[14] ait: Qui sunt hi dolores occulti, quibus vos asseritis detineri, et amandi vobis auferri[15] licentiam, mihi[16] non est penitus expeditum[17]. Nam amoris solatia cunctorum[18] sunt expulsiva medicina dolorum et totius restaurativa[19] laetitiae, nisi forte vos amantis[20] defuncti tristitia detineret, ad cuius luctuosam conservandam memoriam ipsius amoris praecepto biennalis metae[21] tempora superstiti praescribuntur amanti. Sed quum nullius, ut mihi videtur, unquam amoris

---

1) huius *D* 2) *O*; si casus *A* uisitatus *B* 3) curetis *B* 4) impetere *C* impetrare *DEF b* [?] 5) nullum *B* 6) poteritis *Eb* 7) *B*; me dolores *A* merores *CDb* dolores *E* me mores *F* 8) et *om. AH* 9) quoddam *BFb* 10) *CD*; *om. T* meum uobis *E* me cogit uobis *F* meum cogit vobis *b* 11) *VE*; mancipati *A* in mancipando *B* anticipatus *b* 12) preuentus *Bb* 13) preferetur *D* 14) *Resp. hom. om. H* 15) *EF*; auferunt *B* aufferre *ct.* 16) *om. B* 17) *add. B*: nec aliquid negare videntur 18) *VEb*; ceterorum *T* 19) restaurata *A* restaurantia *E* 20) coamantis *EF* 21) *om. B*

iacula persensistis[1], pro amante vos non credo deperdito[2] luctuosam gerere curam. Quod autem me alterius obsequiis et amoris petitione asseritis praeveniri, non videtur meis posse rationibus obviare, quia omnino[3] confertur vestro arbitrio eum[4] alteri praeferre[5], quem maiora constituunt merita potiorem, etsi[6] alter a vobis spem largitam suscepisset amoris. Non[7] enim[8] in amore ille creditur praeferendus, qui prior obsequia praestitisse[9] et[10] amorem postulasse asseritur, sed qui meritis[11] maioribus adiuvatur[12] Praeterea minus proprie dicor[13] ab ipso in amore praeventus, qui sola me postulatione praecedit. Sed ille in amore[14] dicitur tantum alium[15] praevenire, qui amoris promeruit[16] prior[17] percipere fructus. Nam si alicuius probi petitio[18] postulationem tardiorem excluderet probioris, perniciosum esset exemplum[19] et inde magna[20] sequeretur iniquitas. Non enim, quando quid petatur, sed a quo petatur, est[21] inspiciendum, [nisi forte amoris iam[22] esset concessa

---

[1]) sensistis *B* presumpsi *F* [2]) *om. B* [3]) quia amor ratione confertur non autem arbltrio *B* quia uestro confertur arbitrio *CDEb* quia conf. uestro arb. *F* [4]) eum alt. *om. B* [5]) *O*; preferri *A* Et ideo ille preferri debet *B* [6]) et si *AF* Et quamuis alter *B* etiam si *CDEb* [7]) et priora prestitisset obseq. non tamen in amore *B* [8]) *om. A* [9]) *Eb*; prestitisset *ct.* [10]) et-qui *om. B* [11]) cum maior. mer. forte non *B* [12]) *VEb*; adiuantur *A* adiuuetur *B* [13]) dicar *A* [14]) amoris *A*. Sed ille tantum dicitur uere in am. *CDEb* preuentus in amore *om. F* [15]) *om. B* [16]) *VEb*; premeruit *T* [17]) *VEb*; primo *T* [18]) petit. prior *B* [19]) exemplo *V* [20]) magis *A* [21]) creditur *VEb* [22]) *om. B*

largitio et eius secutus effectus. Et hoc est, quod egregie supra reperitur insertum, dominam quamlibet post spei[1] largitionem et post osculi exhibitionem et amplexus fruitionem, si non sit ultra processum, sine blasmo[2] posse largitis prioribus similia[3] denegare petenti]. Mea igitur postera[4] non potest mihi obesse petitio, si me potiora merita tueantur.

Mulier ait: Quid[5] est hoc, quod creditis, me nullius amoris unquam iacula persensisse? Numquid me tam vilem[6] reputatis et probitatis moribus destitutam[7], ut meus non mereatur animus amoris solatia capere[8]? Ad haec verba vestra videntur obvia[9] legi et omni[10] rationi contraria. Sufficit enim cuilibet, si dignus decernatur[11] amari, quamvis eo dignior alius[12] postea secundus accedat. Nullius enim melioritas[13] alterius debet praeiudicium bonitati generare[14]. Unde, si aliquis bonus et dignus amari in amoris vos postulatione praecedat, licet vos gaudeatis probitate maiori, illius tamen potius[15] videtur admittenda petitio. Nam, si aliud[16] defensare[17] contenditis[18], suis[19] nitimini probitatem[20] iniuste meritis[21] defraudare[22].

---

1) spei etiam *CDE* spei larg. etiam *b* 2) blasino *A* balsamo *B* 3) sequentia *D om. b* 4) prepostera *VEb* 5) Quod *AC* [?] Quia *F* 6) vilem-ut *om. H* 7) destitutum *A* 8) *add. FZb*: uel nullius fruatur amore 9) amoris obuia *CEb* amoris *H* 10) *O*; ideo *A* omnino *B* 11) discernatur *B* 12) *om. B* alijs *Z* amplius *Cb* 13) melioribus *H* 14) praeiud. facere bon. *H* esse praeiud. bon. *E* 15) *om. H* 16) alium *B* alius *F* aliquid *H* 17) remouere *B* 18) eontendatis *B* 19) eius *B* 20) *om. B* 21) *om. H* 22) *Bb*; defraudari *AVZ*

Homo ait: Absit domina mea, quod unquam credere possim[1], vos non esse [in[2]] amoris aula dignissimam[3]. Sed ideo vobis talia verba dixi, quia, ut mihi videtur, vix aliquis vestro dignus reperitur[4] amore. Sed[5], si dignus aliquis inveniatur, vix tam audax degit[6] in orbe, qui[7] sua coram vobis non dubitaret proponere iura vel amoris munera postulare. Quod autem dixistis, melioritatem[8] alterius non[9] debere praeiudicium generare[10] probitati, nulla potestis ratione tueri. Nullius enim probi festina petitio posterioris recte poterit petitionem[11] excludere probioris. Quamvis enim trium *aem*ulantium[12] dearum[13] quaelibet[14] pomi satis sit[15] digna susceptione, iudex tamen aequissimus[16] [Priami[17] Alexander[18]], duarum[19] licet[20] digne petentium[21] non exaudita petitione, digniorem [scilicet Venerem] et ultimo loco petentem pomi voluit susceptione gaudere. Ergo, quis sit dignior, exquisita debetis veritate cognoscere et propria sibi iura servare.

Mulier ait: Si vos falsa[22] voluptatis abundantia non vexaret, nunquam pulcherrimae vestrae uxoris

---

1) possem *BF* possit *D* 2) *om. O* 3) *Vb*; dignissima *TZ* 4) reperiatur *AH* 5) Et *B* uel *O* 6) viuit *B* reperitur *F* 7) quia *D* 8) nullius melioritatem *O* 9) *om. O* 10) ingerere *CEb* gerere *D* facere *F* iungere *H* 11) postulationem *BC* 12) *omnes*: epulantium 13) *O*; duarum *A* dominarum videlicet veneris junonis et palladis *B* 14) *add. B*: duarum sc. Juno et pallas 15) fuerat *B* 16) iustissimus *B* 17) primus *T* priami *VZ* Priamides *b* 18) scilicet alexander *VF* filius scilicet paris *H* scil. Alexander siue Paris *b* 19) dominarum *AH* 20) *om. B* 21) postulantium *B* 22) nimia *B*

uxoris reiectis solatiis extranearum[1] quaereretis amorem.

Homo ait: Confiteor, me pulchram satis habere uxorem, et ego quidem ipsam totius[2] mentis[3] affectione diligo maritali. Sed quum sciam[4], inter virum et uxorem[5] posse[6] nullatenus esse amorem, Campaniae hoc comitissae sententia roborante, et in hac vita nullum posse fieri bonum, nisi illud[7] ex amore[8] originis sumpserit incrementa, non immerito extra nuptialia mihi foedera postulare cogor amorem. [Quae huius desunt responsioni[9] articuli[10], in nobilioris et nobilis[11] colloquio egregie[12] inserta reperies].

Mulier ait: Licet amor sit res utilis valde ac iuvenibus appetenda et eis[13], quos gloria mundana delectat, mihi, quasi[14] iam[15] aetate[16] confectae, res[17] videtur inutilis et[18] per omnia respuenda[19]; immo, etsi alia cuncta[20] mihi amare svadeant, viduitas tamen et optimi amissi mariti[21] tristitia omnia mihi vitae solatia contradicunt.

Homo ait: Si cor vestrum senectute non reperiatur attritum, in personae habitu satis videtur iuvenilis forma vigere, ex quo satis evidenter

---

1) extr. dominarum *B* 2) tota *O* 3) mente et aff. *CD* 4) *om. H* 5) suam ux. *FZb* 6) *om. H* 7) illud quod *D* 8) ex amoris origine *FHb* 9) huiusmodi desint responsionibus *B* 10) *om. B* articulis *H* 11) nobilioris *A* nobilis mulieris *B* nobiliori *C* 12) egregia *FH* 13) hijs *T* illis *O* 14) *om. B* tamen quasi *O* 15) tamen *B om. F* 16) aetatis exeunti prouecte *B* in etate prouecte *D* 17) *O*; iam *T* 18) et res *B* 19) despitienda *B* 20) *om. D* 21) meriti *H*

apparet, quod florens[1] vigeat[2] in corde vestro iuventus. Exterior enim habitus manifeste demonstrat, qualis sit intus[3] dispositio mentis. Sed[4] nec amissi mariti tristitia mihi potest de[5] iure nocere[6], quia id vobis svadeo, quod continuam vobis[7] laetitiam restaurabit et eam vobis[8] conservabit illaesam. Amor enim est, qui dolorum claustra disrumpit et laeta solus meruit gaudia subrogare et svavia delectationis solatia ministrare. Res est igitur amor[9] ab omnibus appetenda et a cunctis diligenda per orbem, qui universorum meruit tristitiam[10] propulsare et alacritatis statum cuilibet[11] reformare. Unde secundum[12] legalem observationem maritalis luctus[13] ēlapsis curriculis[14] licenter potestis lugubria[15] cuncta reiicere et amantium vos militiae copulare. Nam ultra tempus legibus praestitutum[16] lugere maritum est quidem[17] legalia iura[18] contemnere et animo rebelli divinae obsistere voluntati et contra eius facta temerario animo cogitare. Praeterea ultra legalia tempora lugere nil mortuo videtur expedire marito, et vestra inde persona quam plurima[19] damna consequitur.

Mulier ait: Audacia multa videmini legis resistere voluntati, quum dicitis temerarie fieri, si aliquis ultra modum propter hominum[20] imbecilli-

---

1) florida *BF* 2) uiget *B* 3) interior *BH* 4) *om. Zb* 5) de iure *om. B* iuste *Z* recte *b* 6) obesse *B* posse nocere *H* 7) *om. B* 8) *om. Zb* 9) *om. H* 10) cunctam trist. *CDb* cuncta tristitia *FZ* 11) cuiuslibet *D* 12) iuxta *O* 13) planctus *B* 14) duorum annorum curr. *D* articulis *Z* 15) tristia *B* 16) prestitum *BDb* 17) idem quod *D* 18) iura-legalia *om. H* 19) plura *A* 20) hominem *A*

tatem lege mirabiliter[1] definitum legis studeat[2] adimplere mandatum, quum[3] evangelica veritate dicatur[4] hospiti vulneratum recipienti Samaritanum, certo illi pondere oblato[5] argenti: „Si aliquid supererogaveris, ego reddam tibi". — Ergo, si lex modicum mihi statuit tempus ad lugendum, meae scilicet volens infirmitati consulere, et[6] ego aliquid huic tempori supererogando[7] adiungam[8] propter uberiorem legis obsecundationem, supereffluentem[9] mereor consequi retributionem et[10] munere maiori[11] gaudere.

Homo ait: Lex[12] quidem humana[13] luctus tempora[14] mulieribus observanda praefixit non quasi earum volens infirmitati consulere sed humani[15] generis[16] cupiens providere utilitati, ut[17] sanguinis non[18] posset provenire turbatio vel[19] diversorum simul[20] genera commisceri. Nam, ubi[21] cessaret[22] turbatio sanguinis, evidenter permisit[23] apostolus mortuo viro alterius statim nuptias contrahere[24]. Multo ergo magis et vobis ultra ipsius temporis metas[25] amare conceditur.

---

1) laudabiliter *B* 2) studeat studere *A* 3) cum tamen in ev. *B* 4) a domino dic. *B* 5) dato *B* obligati *H* 6) et-alqd. *om. H* 7) supero et gaudeo aliquid *H* 8) addidero *BG* 9) nonne supereffl. *D* supereffl.-retrib. *om. Zb* non est in legem temere committere sed debeo praemio et munere *b* 10) et-gaudere *om. F* 11) maritali *H* 12) res *H* 13) *om. H* 14) tempus *H* 15) humane *Zb* 16) *om. Zb* 17) scilicet ut *BH* id est ut *VEb* 18) si *H* 19) vel-perturb. *om. E* 20) *om. H* 21) *P*; michi *A* si statim *B* nisi *C* 22) cessare dignoscitur *VHb* 23) permitteretur matrimonij contractio alterius quoniam apostolus mortuo viro statim *B* 24) contr. permittit *B* celebrare *O* 25) *om. H*

Mulier ait: Quamvis appetibile satis cunctis videatur amare, virginali tamen videtur[1] plurimum obviare pudori. Nam, ut bene novistis, virgo cito perdit honorem, et eius fama modico rumore brevique dissolvitur aura[2]. Immo[3] nec mihi plena suffragatur aetas, ut amoris ancoram debita possim industria[4] gubernare. Fertur[5] enim, quod ante plenam cuiuslibet pubertatem amor non potest firma stabilitate durare. Unde[6] nullatenus mihi[7] congruere videtur amare.

Homo ait: Si aliqua prudenter amare curaverit, inani nunquam debet[8] poenitudine remorderi, et[9] in nullo suae famae poterit pati dispendium. Nam si prudentem virum atque discretum suo studeat[10] amori coniungere, secreto[11] conservabitur amor et nulli divulgabitur unquam, nullumque[12] inde suus[13] pudor poterit sentire gravamen. Quod autem de aetate dixistis, locum sibi[14] poterit[15] in masculis conservare. Nam [et[16]] masculus vix potest ante decimum octavum annum firmus[17] amator exsistere. Secus[18] autem ipsa[19] operante[20] natura dignoscitur in[21] mulieribus evenire; mulier enim ab anno duodecimo firma[22] potest securitate et invariabili amare tenore. Quare autem aliud in

---

1) videretur *B* 2) tempestate *B om. D* 3) Et etiam michi *B* 4) *om. D* 5) cum dicatur quod *B* 6) quare *B* 7) *om. H* 8) *TH*; poterit *VEb* 9) nec in aliquo sue *B* 10) studuerit *B* 11) secretus *B* 12) *AC*; ac nullum *B* nullum tamen *DE* et nullum *FHb* 13) *Zb*; suum *AV* ipsius *B* 14) *om. H* 15) *TE*; potest *VHb* 16) *om. O* 17) *O*; sumus *A* summus *B* 18) Sexus *C* sed cicius *H* 19) *om. H*. 20) cooperante *O* 21) *om. H* 22) optima *F* confirma *H*

femina quam in masculo ex ipsa natura contingat[1], evidenti potestis ratione videre. Nam mulieris[2] constantia inter ipsius pubertatis initia robore solidiore firmatur et invariabilis certissime[3] perseverat, et ipsius Veneris[4] citius ei[5] actus .natura concedit quam maribus ipsis, et hoc[6] ideo contingit, quia in mulieribus frigiditas dominatur, masculis[7] naturalis[8] est inserta caliditas; et[9], quod frigidum est, citius sibi modica caliditate adiuncta calescit, quam si[10] caliditati[11] caliditas aggregetur. Quod tali potest exemplo patere[12]. Nam, si in argenteo[13] vel alterius vase metalli alicuius[14] calidi[15] substantia[16] ponatur, maiori et[17] citius vas metallinum incipit calore fervere quam vas ligneum, si calidissimus[18] in eo liquor mittatur[19]. Praeterea mulieres citius senio conteruntur[20] quam masculini[21] sexus[22] vigore detenti[23], et[24] ideo non est mirum, si citiori[25] constantia solidentur. Nam omnium rerum saecularium, quae vita[26] vel spiritu vegetantur, talem possumus[27] aspicere casum[28], quod, quanto res quaelibet[29] citius natura

---

1) contingit *H* 2) mulierum *A* 3) inuariabiliter uel. cert. *H* 4) *O*; *om. T* 5) exactus *D* enim act. *H* 6) *om. B* 7) masc. uero *BO* 8) *om. B* 9) Sed quod *B* Sed mulierum frigiditati aliqua est caliditas admixta (-tum *FZb*) et quod *O* (aliquid est caliditatis *FZb*) 10) in *A* 11) calido *B* 12) monstrari *D* 13) argento *A* 14) *om. B* 15) liquoris calidi *O* 16) in sub. impon. *H* 17) *om. H* 18) Calid. quoque *V* c. quicunque *E* c. quisque *H* 19) intromittatur *O* 20) cuncte tenentur *H* 21) masculi *BCDZb* 22) sex.-detenti *om. B* 23) devinci *H* 24) ideo non miratur, si *B* 25) festinatiori *B* artiori *D* 26) uitali spiritu *F* 27) possimus *ACF* 28) *TH*; cursum *ct.* 29) aliqua *B*

ministrante[1] perficitur, tanto velocius aetate, ipsa[2] eadem[3] operante[4], consumitur, quo[5] simpliciter quasi[6] converso eadem in aperto veritas apparebit.

Mulier ait: Haec, quae [in[7]] physicalibus rationibus mihi[8] narratis[9], vobis indiscussa relinquo, nullius medela responsionis adhibita. Physicalis[10] enim nunquam mihi sedet[11] inquisitio rei, nisi quum aegrotat infirmus, et ideo illam[12] expedit silentio praeterire. Sed vestra mihi svasione consulitis sapienter amare; quod qualiter valeam adimplere consilium[13], non est mihi penitus expeditum. [Nemo[14] enim ita grandis simulator[15] invenitur amoris vel tam fraudulenter amare, qui[16] quum[17] ipsius Cupidinis attingitur[18] armis, eius[19] fides cunctis[20] non appareat explorata[21], et nullius plicae[22] macula vitiari et qui suas non studeat[23] improbitates[24] obtegere.] Quamvis[25] enim prorsus sit animi fallacis amator et amoris studeat[26] ingenio suo dehonestare militiam, tempore[27] tamen voluptatis instantis per omnia suis actibus se verum menti-

---

idonee, quod[1] ibi[2] expressius exaratur[3]]. Minus[4] autem idonee tunc femina copulatur amori, quum hominis. probitas non aequaliter mulieris[5] probitati respondet[6], vel quum pura[7] cordis non aequaliter[8] utrinque[9] procedit affectio[10]. Sed, etsi plenius scirem vos idonee[11] copulatam[12] amori, quamvis me amorem a vobis non deceret exposcere, amoris scilicet istud inhibente[13] mandato[14], mihi tamen, ut credo, licitum esset[15] implorare[16], ut ex vestra concessione[17] mihi pro[18] vobis[19] cor bonum liceat habere, et ut vos mea laudabilia facta suscipiendo laudetis, et, si minus provide in aliquo deviavero, secreta me correctione[20] debeatis[21] arguere. Ergo, si alicuius estis amore ligata, quod nullatenus credere possum, subtiliter disquirat prudentia vestra, an talis vobis amor exsistat idoneus.

Mulier ait: Fidem quidem[22] huius plenarie facere veritatis nisi propria vobis assertione non[23] possum, quia nemini sui licet amoris pluribus aperire secreta, amoris[24] hoc[25] traditione docente. Unde credo esse penitus[26] inurbanum, vos[27] in

---

1) ut *B* 2) *om. BH* 3) ipsius mandatum intelligatur *B* enarratur *FI* 4) Nam tunc minus idonee *B* 5) multis *A* 6) *O*; respondit *A* respondeat *B* 7) ex pura *B* 8) *om. B* 9) *FZb*; utrumque *A om. B* utrique *C* utriusque *D* 10) *O*; effectum *A* affectione uterque amor *B* 11) idoneo *AO* 12) copulatas *D* 13) prohibente *B* 14) *om. A* 15) *O*; est *T* 16) explorare *B* 17) *O*; confessione *A* extra vestri amoris concessionem *B* 18) *om. B* 19) vestrum cor lic. hab. secretum atque bonum *B* 20) correptione *CDZ* 21) arguere velitis *B* 22) autem huius rei plena manifestarem veritate *B* 23) indicare prohibitum esset *B* 24) *om. H* 25) hec [?] *A* hec *H* hac *b* 26) etiam pen. *B* 27) uobis de hac re parum proferre cum talia referendo meis *B*

hac parte dicere, meis vel alterius dominae fidem[1] non esse habendam sermonibus. Cor autem bonum habere[2] vobis largiri esset concedere nihil[3], nam[4] illud ex vestro[5] solummodo procedit arbitrio; laudabiliter tamen[6] a[7] vobis facta libenter laudare promitto. Correptionis[8] autem officium non[9] assumam, quia illud amantibus dumtaxat debetur obsequium. Utrum[10] autem idonee[11] copulentur[12] amori, non est cognoscere leve, nec[13] multum decere videtur[14], utrinque[15] amore librato[16] huiusmodi[17] inquisitioni[18] insistere, nisi nimia[19] supradictorum appareat inaequalitas manifesta, et mulieris[20] in his admonitio non valeat aliquem sentire profectum. Deus igitur vobis tribuat, quod vestrae possit esse placitum[21] voluntati, et inde nunquam[22] aliquis probus[23] valeat sentire iacturam.

Quoniam tamen ex his, quae mecum adinvicem[24] contulistis, vos plurimum exercitatos[25] in amoris doctrina cognosco, super quodam amoris negotio vestrum exquiro consilium. Nam, quum mulier quaedam mirae probitatis industria[26] duo-

---

[1]) sermonibus fides adhibenda non esset *B* [2]) *om. H* habere et illud *B* [3]) nil nichil *A* [4]) nam-arb. *om. B* [5]) *VE*; nostro *THb* [6]) autem *Z* [7]) vestra facta *B* [8]) correctionis *FHb* [9]) nolo assumere *B* non assumo *VZ* [10]) utrum autem mulier *O* [11]) idoneo *CFb* [12]) copuler *B* copuletur *O* [13]) nec dicere multum licere videtur *B* [14]) iubetur *D* [15]) *VE*; utrumque *A* utrum *H om. b* utrinque-perfectum *om. B* [16]) liberato *ACHb* [17]) huius *ADE* [18]) *Hb*; inquisitioni exquisitam *A* exquisitionem *VE* [19]) vestra *H* [20]) muliebris *CDZb* [21]) *DEF*; placidum *A* possit placere *B* beneplacitum *CHb* [22]) nullam *O* [23]) probet *H* [24]) *om. B* [25]) exercitatum *BF* [26]) *om. B*

rum amorem[1] petentium alterum vellet ex[2] propria[3] electione repellere[4] et alterum prorsus[5] admittere, taliter in[6] se ipsa amoris est partita solatia. Ait enim: „Alteri vestrum mei[7] sit pars superior electa[8] dimidia, et pars inferior sit alteri[9] designata petenti". Quorum uterque morae[10] cuiuslibet intermissione reiecta[11] propriam sibi partem[12] elegit, et uterque potiorem se partem[13] elegisse fatetur[14] et[15] altero se digniorem in amoris perceptione pro[16] dignioris partis electione contendit. Praenarrata vero mulier suum nolens[17] improvide[18] praecipitare arbitrium[19], litigantium consensu[20], uter[21] istorum sit potior in eo, quod postulaverat[22], iudicandus, meo quidem[23] quaerit iudicio[24] definiri. Quaero igitur[25], quis vobis[26] videatur in sua magis electione laudandus.

Homo ait: Quum a vobis[27] petam amari, et vos[28] mihi non amandi occasionem[29] rependitis[30], nulla debet inurbanitas reputari, si[31] nocivam mihi causationem[32] modis studeam[33] quibuslibet remo-

1) amari *O* 2) *om. D* 3) ipsius *B* 4) expellere *A* 5) propter eius electionem *B* 6) industriose *B om.* se ipsa 7) tantum *Z* 8) data *B* 9) altera sit *H* 10) sine more *B* 11) *O*; recta *A om. B* 12) partem-se *om. TH* 13) *EFb*; partem potiorem *C* se partem *om. CD* 14) fateatur *A* 15) et quilibet *B* 16) propter ... electionem *B* 17) volens *ACZb* 18) in inprouide *A om. B* prouide *H* 19) iuditium ne vni potius quam alteri assentire videatur *B* 20) unito consensu *V* mutuo consensu *Zb* 21) quis *BH* 22) postulatur *C* postulat *D* postulatum *E* postulant *F* postulauit *Hb* 23) *om. BO* 24) consilio *O* 25) *om. CZb* 26) uobis quidem *H* 27) a uob. quidem *VZ* 28) *om. B* 29) causam *BF* 30) assignetis *B* 31) nisi *B* 32) cautionem *A* conditionem *B* causationem [?] *CDF* causationem *Zb* 33) studeatis *B* modis omnibus stud. remov. *H*

vere vel propriis illam irritare sermonibus. Praeterea [1] nil [2] amantis [3] alicuius *iu*ri [4] cognoscitur derogari, si meos improvidos actus vestra velit coercere [5] prudentia. Studeatis igitur agere, quod debetis, quia nunquam a vos [6] amandi proposito [7] segregabor [8].

Ad [9] hoc petitis a me vobis [10] super [11] eo consilium exhiberi, super quo neminem decet haesitare prudentem. Quis enim dubitat partis eminentioris solatii electorem inferiora praeferendum petenti? Quantum enim ad partis pertinet inferioris solatia, a [12] brutis in nullo sumus [13] animalibus segregati, sed [14] eis [15] nos [16] hac parte [17] ipsa [18] natura coniungit. Superioris [19] vero partis solatia [20] tanquam [21] propria [22] humanae sunt attributa [23] naturae et aliis animalibus universis ab ipsa natura negata. Ergo inferioris partis elector tanquam canis ab amore repellatur [24] indignus, et superioris tanquam [25] naturae [26] amplexator admittatur elector. Praeterea nullus unquam fuit superioris [27] solatii fatigatus inventus vel [28] eius

---

1) *om. B* 2) nec *B* nil-al. *om. H* 3) amanti *D* amantibus *F* 4) *omn.*: uiri 5) exercere *A* 6) vobis *TCH* 7) propositum *B* possum prop. *VZ* 8) segregabo *B* segregari *VE* 9) Super hoc quod *B* 10) neminem decet hesitare prudentem *B* 11) nec consilii exhibitione dignum esse videtur *B* 12) a br. anim. nemo segregatus *B* 13) *O*; sunt *A* existit *B* 14) sed-coniungit *om. B* 15) eos *A* eius *C* 16) *om. A* 17) *om. A* 18) *om. Hb* 19) superioribus *A* sup.-al. *om. E* 20) gaudia *B* 21) *om. B* 22) *CF*; proprie *ADH* soli *B* 23) atribute *A* 24) est repellendus *B* 25) superioris elector brachiis utrisque est amplectendus *B* 26) *O*; *om. T* 27) ex sup. partis solatijs *B* 28) vel-satiatus *om. H*

usibus satiatus; inferioris vero delectatio[1] partis[2] cito fastidit utentem[3] et operis peracti poenitere cogit agentem[4].

Mulier ait: Vestra multum in hoc iudicio videtur errare sententia et a veritatis tramite deviare[5]. Quaecunque[6] enim homines interponunt[7] solatia[8] curis, ex eo, quod in parte latitat inferiori, sua semper initia sumunt, et eorum omnium inde procedit origo. Si enim sit aliqua mulier, cuius forma[9] cunctis[10] vigeat[11] in orbe praeclara, Veneris[12] autem operibus[13] omnino reperiatur inutilis, eius nullus vellet[14] solatia capere, sed tanquam immunda reprobaretur[15] a cunctis[16]. Superioris autem delectatio partis nulla penitus esset, nisi partis esse intuitu inferioris assumpta et eius contemplatione porrecta. Et, si huic vultis[17] resistere veritati[18], necessitatis cogit[19] ratio profiteri, duos masculos sibi adinvicem posse amoris solatia exhibere, quod satis esset narrare nefandum et agere criminosum. Sed et[20], si homo sit[21] frigidus vel[22] alias impotens ad Veneris opera peragenda repertus, nullas[23] affectat[24] carnis delectationes assumere, quia efficiens amoris causa in eodem[25] defecisse[26] co-

---

1) *O*; dilectio *T* 2) *om. B* 3) mentem *Hb* 4) egentem *C* 5) longius deuiare *B* 6) quec. en. *O* quecunque igitur *A* Nam quicunque *B* 7) se interp. *B* 8) solatiorum *B* 9) formam *A* 10) *O*; a cunctis *A* pre cunctis *B* 11) uiuat *C* 12) et veneris operibus *B* 13) *om. A* operi *O* 14) *O*; ualet *A* cupit *B* 15) reprobetur *A* reprobatur *BEb* reprobaretur *ct.* 16) *O*; multis *T* 17) velitis *B* 18) uoluntati *H* 19) uos cogit *O* 20) *om. CH* 21) *om. H* 22) vel-Veneris *om. B* 23) nullius *D* 24) affectet *B* 25) eo *O* 26) fecisse *H* defenssisse *D*

gnoscitur, quae in parte procul[1] dubio regnat[2] inferiori. Causa enim efficiente remota eius[3] merito cessabit effectus. Nec obstat, sicut[4] dicitis, nobis[5] cum bestiis communicata[6] natura[7], quia illud est in rebus omnibus principale ac naturale censendum[8], in quo aliquid rebus sui generis ministerio naturae concordat et reperitur unitum[9]. Sed nec eo[10] vestra[11] potest firmari[12] sententia, quod dicitis, superiori homines non satiari solatio, inferiori vero[13] cito fastidiri[14] asseritis. Ille[15] namque cibus a cunctis reiiciendus[16] iudicatur, qui[17] appetitum nunquam repellit edendi sed corpus invenitur absque nutrimenti virtute[18] replere[19] et eius[20] male[21] occupare intrinseca; et econtra ille singulis[22] esse debet cibus electus[23], qui corpus replet assumptus ac recreando[24] satiat digestusque[25] esurire[26] permittit. Praeterea[27] nemini debet in dubium devenire, quod partes[28] inferiores[29] digniores superioribus approbantur. Nam istud[30] in ipsis saecularibus[31] videmus aedificiis evenire,

---

1) pr. dub. *om.* *C* 2) latitat *C* 3) ipsius *B* 4) quod *B* 5) vobis *AZb* 6) *CDE*; comitata *AH* communicatam *B* comittata *F* 7) esse naturam *B* 8) cessendum *A* consensum *H* 9) in atum *D* mutum *H* initium *b* 10) ex eo *C* ego eo *H* 11) nostra *DF* 12) infirmari *O* 13) *om.* *D* non fastid. *H* 14) *O*; fastidui *A* fastidium *B* 15) cum ille cibus *B* 16) reus *A* reprobus *O* 17) qui assumptus app. *VZ* 18) *om.* *B* 19) *D*; repellere *ct.* 20) ipsius *B* 21) *om.* *A* mala *H* 22) a singulis *H* 23) appetendus *B* 24) reiterando *H* 25) digestus quoque *B* 26) iterum esurire *D* iterum etiam esur. *CFZb* 27) *O*; plane *A* Plane igitur *B* 28) *add.*: semper *O* 29) superiores indigniores inferioribus esse probantur *B* 30) illud *BH* *om.* *F* 31) scolaribus *A*

quod in eis dignior pars fundamenta dicuntur[1]. Idem[2] etiam contingere scimus in illis, quae terrae constat alimento nutriri, quod[3] secundum partes inferiores adiudicantur[4] hominibus. Immo[5] amplius dico, quod[6], quidquid agunt amantes, ad hoc solummodo tendunt, ut inferioris partis valeant potiri solatiis; ibi enim totus amoris completur effectus, ad quem cuncti principaliter moventur amantes, et sine eo nil[7] nisi quaedam amoris iudicantur habere[8] praeludia. Partis igitur[9] inferioris elector sua magis est electione laudandus[10], quasi[11] dignioris partis elegerit[12] fruitione gaudere, quam qui superioris partis voluit praeludia postulare.

Homo ait: Vere mentis[13] laboraret ineptia[14], qui hoc, quod dicitis, ex cordis deliberatione asserere vellet. Quamvis enim ad inferioris partis solatia quilibet principaliter tendat amator, et ibi sit amoris causa finalis, turpis tamen et inepta videtur nimis gestio corporis et plurimum feminae verecundum, inferiora[15] sine[16] superioribus[17] solatiis[18] exercere.. Immo[19] inferioris delectationis impossibilis sine superiori videtur assumptio, nisi indecens corporis dispositio nimis inde ac verecunda[20] sequatur. Superioris autem solatia portionis[21] commodissime ac curialiter et agentium utriusque salvo

---

1) *add. CFZ*: uel uocantur 2) Idem-hominibus *om. B* 3) quia *O* 4) abiudicantur *A* 5) *om. B* 6) *BE*; quia *ct.* 7) reliquum *B* 8) *om. B* 9) ergo *BFb* 10) iuuandus *CFZb* 11) quia *B* 12) elegit *B* 13) mente *B* 14) inepta *B* inopia *O* 15) *O*; inferiorem *A* inferiorum *B* 16) *CFZ*; finem *A* ludum finalem *B* si non *CD* 17) pre superiorum *B* 18) solacia *O* 19) In ymo *A* 20) uerecondia *A* 21) partis *H*

pudore sumuntur, etiam delectatione inferiori omissa. Immo[1] rationis istud[2] ordo poscit amandi, ut superioris primo[3] partis aliquis ad multam instantiam lasciva solatia consequatur[4], postmodum vero gradatim ad inferiora procedat[5]. Mulieres enim[6] tantum[7] sui corporis volentes facere quaestum et quae[8] publico sunt Veneris mercimonio prostitutae[9] inferioris tantum impetunt[10] solatia partis et superiora cuncta contemnunt. Ergo praedictus[11] quasi naturalis est ab omnibus ordo sequendus, nec[12] proverbio teneamur[13] antiquo: Non[14] studeas a cauda equi[15] ponere[16] frenum. De cibo autem[17] inductum[18] non recte procedit exemplum, quia cibus, ut corpus satietur[19], assumitur[20], illa vero ideo[21] solatia exercentur, ut carnis semper delectatio crescat et amoris conservativa voluntas. Voluistis autem dictis vestris superioribus[22] generaliter inferiora praeferre, sed superiores causas inferioribus esse praelatas, nemini sapientum licet[23] ulterius[24] dubitare. Nam coelum terrae, paradisus inferno et hominibus angeli praeferuntur. Sed[25] et superior hominis portio [scilicet[26]

---

[1]) In imo *A* [2]) ordo illud *H* [3]) *O*; prime *A om. B* [4]) sequatur *B* [5]) procedit *A* [6]) *om. B* [7]) tamen *B om. C* tanti *H* [8]) *om. B* proprie *H* [9]) prestite *B* prostrate *E* prostrati *H* [10]) petunt *B* expetunt *O* [11]) predictos quasi naturales *A* [12]) ne *O* Et istis videtur assentire prouerbium antiquum dicens nec *B* [13]) tangamur *O* [14]) *O*; nec *T* [15]) *Zb*; equis *DF* equo *C* om. *T* [16]) imponere *CDZb* [17]) vero *B* [18]) a uobis ind. *O* [19]) fouetur *H* [20]) *O*; assumere *A* assumimus *B* [21]) *om. B* [22]) inferiora . . . superioribus pref. *B* [23]) *O*; liceat *T* [24]) *om. O* [25]) Preterea etiam superior *B* [26]) sc. caput *om. B*

caput] dignior in homine iudicatur, quia secundum faciem ad imaginem creatoris homo dicitur esse formatus, et[1] ibi[2] homo dicitur sepultus[3] haberi, ubi[4] caput requiescit humanum. Praeterea hominis cervice remota, cuius fuerit truncus, penitus ignoratur, et truncatam intuenti[5] cervicem statim[6] erit trunci notitia manifesta. Sed[7] et ipsa, quae induxistis[8], aedificia mundana ex superiorum partium[9] non autem fundamentorum[10] formositate laudantur, et ipsae arbores fructuum[11] productione et ramorum[12] ordinata dispositione suas meruerunt ab hominibus[13] suscipere laudes. Vestra igitur in hac parte sententia recusata[14] superioris partis ad amorem potius est admittendus elector.

Mulier ait: Licet opinio vestra multis videatur rationibus impugnari, quia tamen omnimoda[15] cernitur aequitate iuvari et rationabiliori[16] firmitate vallari, meo iudicatur arbitrio comprobanda et tanquam subnixa veritate[17] sequenda. Sed adhuc me non piget super alio quodam negotio plenitudinis[18] vestrae consilium explorare: Cuiusdam enim[19] mulieris nobilis amator quum[20] in[21] regiam

---

1) *om. H* 2) vbi *H* 3) secundum legis textum sepultus *D* 4) ut *H* 5) intuentes *B* 6) *om. H* 7) *om. B* 8) dixistis *BCb* 9) part. pulchritudine *B* 10) *F*; fondamentum *A* fondamenti *BCDZb* 11) fructum *AD* ex fructuum *BCFZb* 12) *CFH*; minorum *A* et ramor.-disp. *om. B* amorum *DEb* 13) omnibus *DZ* 14) *add. B*: relinquitur et 15) omnimoda quod *A* omnim. quidem *CDI* omnim. quedam *E* quem omnimoda *F* omnino *H* 16) rationabili *Cb* 17) ueritati *VEb* 18) vestre prudentie cons. *B* 19) en. et consequenter *H* 20) dum *O* 21) *CDEb*; reginam *AH* propter. regiam *B*

esset expeditionem profectus[1], falsis[2] inter omnes ferebatur[3] rumoribus, ipsum[4] decessisse; quo percepto et subtiliter inquisito consvetam et rationabilem gessit tristitiam, et quam pro mortuis credidit debitam amorosis[5]; deinde alii se copulavit amori. Post modica[6] vero temporis[7] elapsa[8] curricula[9] revertitur primus amator et solitos sibi quaerit exhiberi amplexus[10]; secundus[11] autem[12] exhiberi contradicit sibi[13] amator. Dicit enim, quod secundus est[14] amor perfectus[15] atque libratus utrinque. Ergo[16] neuter amantium suo[17] sine culpa debet amore privari[18]. Nam et[19], si primo praesente[19] amoris instinctu mulier[20] alterius amatoris[21] postularet[22] amplexus, quamvis[23] talis amor alteri[24] exsistat iniuriosus, mulieris tamen qualis[25] qualis[26] poterit[27] excusatio esse[28], quod amoris hoc fecerit[29] incitatione compulsa. Amare etenim alibi nemo potest, nisi ubi[30] spiritus trahit amoris et voluntas

---

1) in longinquis valde partibus prouectus *B* 2) falsis postmodum *B* et falsis *H* 3) ferebantur *A* 4) *om. O* 5) amoris *A* 6) *O*; modicum *T* 7) tempus *A* 8) elapsum *B* 9) *om. B* 10) *om. B* 11) contradicit cum secundus *B* 12) autem-secundus *om. B* 13) exhib. sibi *om. H* 14) amor sit *B* 15) liberatus atque dicit enim quod secundus amor est perfectus atque libratus utrinque *A* liberato atque perfectus *B* perfectus atque libratus *O* (liberatus *Hb*) 16) quis igitur amantium *B* 17) *BO*; si *A* 18) *add. B*: Videtur enim primus fugiendus amator 19) Nam ipso absente *B* et primo pr. *D* 20) mulieris *B* 21) amoris *BZb* 22) postulauerat *B* 23) nec secondus est seruandus amator cum ipsius amor *B* 24) alt. amanti *B* 25) *om. B* 26) *DF*; *om. ct.* 27) ab hoc iniuria ipsum excusare potest *B* 28) *om. B* 29) fecerat *B* facit *H* 30) ubi ipsum *CFZ* ubi sp. ipsum *Db*

cogit[1], unde[2] merito et hic secundus amator debet in sua firmitate durare[3].

Homo ait: Instantis quidem enodatio quaestionis ex[4] mulieris potius[5] pendet arbitrio vel[6] voluntate quam ex regularis intellectu praecepti[7] vel amoris speciali mandato. Credo namque, dominam illam, de qua praesenti confabulatione narramus[8], recte agere, si se ipsam[9] penitus priori restituat amatori, si[10] quocunque tantum adversus eum vinculo[11] movetur[12] affectionis[13]. Quod si nullus adversus eum nec[14] etiam modicus in ipsa spiritus movetur amandi, dico tamen adhuc[15], ipsam suam violenter debere cogere voluntatem ad id petendum, quod maxima primitus aviditate suscepit et cordis desiderio comprobavit[16]. Summae[17] namque sapientiae est, aliquem[18] suum animum ab eo, cui errando consenserat, revocare. Nec istud[19] iuste[20] poterit secundus amator iniuriae[21] propriae reputare, quia nil sibi creditur deperire, si[22], quod alterius est, †facti[23] fuerit consecutus errore[24], illud[25] errore[26] comperto[27] relinquat. Sed, si ipsa viderit, suam volun-

1) *add. O*: amandi 2) merito igitur hic *B* unde merito hic *C* 3) manere uel durare *D* 4) tam ex *B* 5) *VZ*; *om. Tb* 6) vel vol. *om. B* et vol. *H* 7) precepti am. intellectu uel eius *B* 8) narrauimus *AF* 9) ips. amatori pen. rest. primo *B* priori *om. A* 10) dummodo aliquo adv. eum vinc. moueatur amoris *B* 11) nec etiam modicus spiritus *Hb* 12) mouere *D* 13) affect.-movetur *om. TZb* 14) nec-spiritus *om. C* 15) ad hoc [?] *D* et firmiter assero ad huc *H* 16) approbauit *B* 17) cum summe sap. sit *B* 18) *om. H* 19) iste *A* 20) iure *D* 21) reputare sue iniurie *B* 22) cum illud quod *B* 23) *AO*; *om. B* 24) errorem *CH* 25) *om. B* 26) err. ipso *B* 27) *O*; reperto *T*

tatem nullius coactionis sentire fomenta, et, exstinctum adversus[1] amantem primum spiritum[2] reviviscere[3] non posse, cognoverit, amantem potest servare secundum. Nam dicere, quod[4] ad primum debeat[5] praecise[6] redire, nisi hoc faciat[7] amoris[8] compunctione svasa, esset asserere turpe et amoris praecepta fraudare[9]. Non[10] autem[10] mihi obstare potest regula, quam dixistis, neminem amore suo[11] debere sine culpa privari, quia primus[12] eam pro[13] se introducit[14] amator, qui suo[15] sine culpa invenitur[16] amore privatus. Praedictae igitur amoris regulae intellectum[17] a iuris[18] peritis amandi taliter[19] subaudiri percepi[20], ut, quod dicitur „sine culpa" intelligatur[21] „vel sine alia[22] iusta causa". Ergo non potest recte procedere, quod dixistis, mulieri[23] licere[24] unius amore contempto alterius se amori coniungere, si[25] ad hoc amoris compunctione cogatur; sed si[26] aliquis eius[27] studeat subvertere fidem, eum curialiter[28] conetur reiicere[29]; si[30] nimia fuerit[31] instantis improbitas[32], ultimo sibi

---

[1]) versus *BHb* [2]) amoris spir. *O* [3]) reuixisse *E* reminiscetur *H* [4]) ut *O* [5]) *om. B* [6]) precipue *B* [7]) facit *B* [8]) *om. A* [9]) defraudare *D* [10]) Nec enim *B* [11]) sine sua culpa *H* [12]) primatus *D* [13]) *VEb*; per *T* posse *H* (*om.* se) [14]) introduxit *BF* [15]) sua *H* [16]) reperiatur *B* [17]) intellectus *A om. O* [18]) a uiris *A* ab in arte *Vb* ab iure *E* ab marte *H* [19]) faciliter declarare percepi *B* [20]) percipi *A* percepi *BD* concepi *C* precepi *EFb* preceptum *F* precepit *H* [21]) intelligitur *AV* [*CF*?] *om. E* [22]) *om. D* aliqua *Z* [23]) *O*; mulieri multi *A* mulieris *B* [24]) *O*; *om. T* [25]) et si *Z* [26]) et si *BZ* [27]) eius-conetur *om. B* [28]) rationabiliter *H* [29]) debeat a muliere reici *B* eicere *VEb* tacere *H* [30]) propter nimiam *B* Sed si *VHb* Sed et si *E* [31]) fuer. inst. *om. B* [32]) ipsius improbitatem *B* probitas *FH*

loco respondeat[1], quod alterius se[2] iam colligavit[3] amori, eius[4] autem dictis corde non debet annuere nec eius narrationes[5] recolere nec personae gestus imaginari, nec de eo[6] saepius cogitare, ne propter mulieris defectum[7] amoris[8] pateat subintrandi materia et eius animum advertendi[9]. Nam, si ex assidua et immoderata de aliquo[10] cogitatione cum[11] delectationis actuum imaginatione suam in muliere[12] amor non[13] sumit[14] originem, in aeternum novum alterius amorem non curabit appetere.

Mulier ait: Vestra mihi placent[15] in utraque dubitatione responsa, quia omni videntur doctrinae[16] sapientia[17] roborari. Ut cunctis igitur ex[18] confabulatione prolixa male suspicandi tollatur occasio, placet, ut hic sumat nostra[19] disputatio[20] finem.

Homo ait: Placet mihi multum, quod asseritis. Sed[21], postquam in hoc vestro paretur arbitrio, rogo[22], ut[23] et vos primitus[24] in quodam[25] mihi sitis in respondendo benigna: utrum scilicet amator, qui ad aliam accessit feminam[26], non tamen

---

1) mulier resp. *B* responderet *D* 2) se iam *om. O* 3) obligatur *O* 4) Sed si probus aliquis mulierem viderit inconstantem et ipsius fidem modica turbatione vertendam eius dictis *B* 5) relationes *B* 6) ea *B* 7) defectum factum *A* factum *O* 8) amori *V* 9) et-advert. *om. B* auertendi *DEb* 10) aliqua *B* 11) et *VZ* 12) ipso *B* 13) *om. B* 14) sumpserit *B* 15) placet *A* 16) doctrina *B* 17) sapientie *TC* 18) *om. A* 19) uestra *AD* 20) dispositio *A* 21) ut antequam *B* postquam *VEb* Sed-arbitrio *om. H* 22) rogo tamen *O* 23) ut et *om. C* 24) *om. B* 25) in qu. michi negotio *B* in qu. m. dubio *O* 26) *add. B*: de amoris solatijs cum ea loquendo

ipsam amandi vel priorem[1] deserendi affectu, debeat amoris amissione puniri. Videtur[2], quod, quidquid unus facit[3] amantium, si in eo facto amandi non est[4] attenuatus[5] affectus[6], illud debet patienter tolerare coamans et sua ipsum increpatione[7] corrigere.

Mulier ait: Nec[8] ego quidem[9] in[10] hoc vobis ero avara[11] responso[12]. Miror tamen, cur in hoc vestra potuit prudentia dubitare[13], quum amoris evidenter[14] regula[15] doceatur[16], quod amans pudicitiam tenetur[17] amanti[18] conservare[19], unde non immerito ex ipsius rationabili intellectu[20] mandati[21] coniicio[22], quod in articulo praesenti amans sit amoris amissione multandus[23], et sufficere[24] satis credo, istud esse[25] amoris mandato prohibitum. Credo[26] tamen coamanti licere, si velit[27], delinquentis excessibus indulgere[28].

Homo ait: Dura mihi plurimum videtur interpretatio vestra; tantae[29] tamen auctoritati timeo refragari. Sed adhuc inquietat[30] animum secunda dubitatio talis, utrum amoris amissione multetur amator, si ad[31] aliam[32] accessit[33] non[34] amandi

---

1) priori *B* 2) vid. enim *O* 3) faciat *B* 4) *om.* *O* 5) attenuatur *O* 6) effectus *A* 7) interpretatione *H* 8) Non *A* 9) *om.* *B* 10) in hoc *om.* *H* 11) auara amara *A* 12) responsio *A* respondendum *B* 13) errare *B* 14) euidentia *B* 15) *O*; *om.* *T* 16) doceamur *O* 17) debet *B* 18) coamanti *O* 19) seruare *BO* 20) intellecti *A* 21) *om.* *H* 22) *ADF*; iudico *B* conuicio *CEb* conuinxero [?] *H* 23) mulcendus *B* dignissimus *C* militandus *H* 24) *O*; sustinere *T* 25) *om.* *B* 26) Non tamen nego *O* 27) *DZb*; uelis posse *A* uelit posse *B* 28) *om.* *A* 29) tamen caute auctoritate *H* 30) meum inqu. *O* 31) *om.* *B* 32) eam *A* 33) accesserit amantem *B* 34) *om.* *BH* unde am. *E*

affectu, eius tamen nullum[1] habuit voluntas effectum. Videtur enim, quod ob tam[2] modicum excessum non debet[3] tam gravem iacturam sustinere, quum aliter coamans nullam persenserit iacturam[4].

Mulier ait: Et[5] iste quoque[6] meretur superiori[7] sententia condemnari, nisi forte poenitudo spontanea delicti[8] et[9] secura omnimoda fidei confirmatio delinquentis animum mitigent[10] coamantis. Non enim iuxta praeceptum amoris castitatem videtur amanti servasse[11], cuius impudicus conatus mentem detegit impudicam.

Capitulum[12] VII: De amore clericorum.

Quoniam igitur in[13] superioribus[14] de tribus hominum gradibus scilicet plebeiorum, nobilium et nobiliorum tractatum constat haberi, et inter ipsius tractatus initia de nobilissimorum id est clericorum gradu mentionem recolimus habuisse, de ipsorum breviter

---

1) non *H* 2) hunc exc. modicum *B* 3) debeat *BO* 4) *AB*; iniuriam *VEb* periuriam *H* 5) *T*; Sed et *VHb* et iste *om. E* 6) quidem *D* quecunque *E* quisque *F* queque *H* 7) superiore *A* 8) *om. B* 9) *om. A* et sec. *B* et *H* secuta et *VE* 10) mitigaret *Z* 11) seruare *DEF* 12) *om. AE* De amore monachorum et presbiterorum *B* de amore clericorum *CI* Cap. XII de amore clericorum *D* De amore *F* Explicit tractatus trium generum sc. plebeiorum nobilium et nobiliorum etc. Incipit ergo tractatus de Amore quarti gradus nobilissimorum qui est clericorum etc. *G* De Amore virorum nobilissimorum id est clericorum *H* De amore nom: clericorum *b* 13) *T*; *om. O* 14) superius *O*

tractemus amore, et[1], unde[2] quarti gradus nobilitas[3] processit hominibus, videamus. Clericus ergo nobilissimus[4] iudicatur ordinis praerogativa sacrati, quam nobilitatem ex Dei constat gremio processisse[5] et divina clericis voluntate[6] fuisse largitam, ipso eodem testante, qui dicit[7]: „Qui[8] vos tangit, me tangit“, et „Qui vos tangit, pupillam mei oculi tangit“. Sed quo ad hanc nobilitatem ad[9] amorem clericus spectare non potest[10]; hac[11] enim nobilitate inspecta clericus non[12] debet amoris operibus deservire, sed omnem[13] carnis delectationem tenetur[14] penitus declinare et ab omni[15] corporis inquinamento immaculatum se Domino custodire, cuius creditur gestare militiam. Clerico igitur nobilitatem non sanguinis propinat origo, nec saecularis valet[16] removere potestas, sed ex Dei gratia[17] tantum concessa probatur et eo ministrante largita, et a Deo solo huiusmodi[18] possunt nobilitatis pro sui[19] tantum[20] excessibus privilegia denegari. Unde manifeste[21] apparet, clericum, quantum ad clericalem pertinet claritudinem nobilitatis, amare non posse. Ideoque satis videretur[23] ineptum, si secundum ipsius gradus dignitatem et ordinis nobili-

---

1) *om. H* 2) unum *D* 3) nobilitatis *A* 4) *om. A* 5) habuisse aliter processisse *B* 6) uoluntatem *A* 7) dixit *Z* 8) Qui-me tangit *om. A* 9) *om. H* ad am.-inspecta *om. E* 10) debet pot. *H* 11) Nam hac nob. *B* hac nob. *C* 12) non-deservire *om. B* 13) omnis *A* 14) teneatur *D* 15) omnis *A* 16) eam valet *B* 17) sibi gratia *O* 18) huius *BO* 19) ipsius *B* 20) *O*; tamen *T* 21) manifestum *B* 22) videtur *AE*

tatem de ipsius tractaremus[1] amore. Ab omnibus igitur clericus amoris actibus alienus exsistat, et[2] omnis corporalis immunditia eum relinquat[3], alias enim sua speciali et a Deo sibi nobilitate largita merito privatus exsistat[4]. Quia vix tamen unquam aliquis[5] sine carnis crimine vivit[6], et clericorum sit[7] vita propter otia multa[8] continua et ciborum abundantiam copiosam prae aliis hominibus universis naturaliter corporis tentationi supposita[9], si[10] aliquis clericus amoris voluerit subire certamina, iuxta sui sanguinis[11] ordinem sive gradum, sicut superius edocet plenarie de gradibus hominum[12] insinuata[13] doctrina[14], suo[15] sermone utatur[16] et amoris studeat applicari militiae.

Capitulum[17] VIII: De amore monacharum.

Sed[18] sollicitus quaerere posses, quid de monacharum[19] fateamur[20] amore. Sed dicimus, earum solatia tanquam animae pestem penitus esse vitanda, quia maxima[21] inde coelestis sequitur indignatio

---

1) tractemus *Eb* 2) vt *B* 3) derelinquat *O* 4) existet *CDZ* 5) *O*; *om. T* 6) *BO*; uiuerit *A* 7) *om. B* 8) multa et *B* 9) supp. est *B* 10) Si ergo *B* 11) generis *H* 12) *om. H* 13) *O*; insimitatis *A* insinuatis *B* 14) doctrinam *A* 15) in suo *B* 16) nitatur *AE* uttatur *C* uitatur *Hb* 17) *Inscript. om. A* de amore monialium et religiosorum R *B* De amore monacharum *CFIZb* Capitulum. XIII. de amore monacharum *D* 18) SEt *A* Et *BCZ* Sed *DF* 19) monialium *B* 20) fatemur *H* 21) maxime *H*

patris, et publica inde iura potenter[1] armantur et supplicia minantur[2] extrema, et totius ex hoc crescit in populo mortificativa[3] infamia laudis.] Immo et in[4] ipsius praecepto monemur[5] amoris, ne[6] illius mulieris eligamus amorem, cuius de iure nuptias nobis[7] interdicitur affectare. Sed, si aliquis sui ipsius et iuris utriusque contemptor, monialis quaerat amorem, ab omnibus meretur[8] contemni et est tanquam detestabilis belua[9] fugiendus. Non[10] de ipsius potest fide[11] immerito[12] dubitari, qui[13] propter momentaneae delectationis[14] actus gladii[15] non veretur incurrere crimen nec Deo vel hominibus fieri scandalum erubescit. Monacharum[16] igitur penitus contemnamus[17] amorem et earum solatia quasi[18] pestifera refutemus[19]. Non autem haec dicimus, quasi monacha[20] non possit amari[21], sed quia utriusque inde provenit damnatio mortis. Et ideo ad ipsarum sollicitationem pertinentia verba te volumus penitus ignorare. Nam tempore quodam quum quandam[22] monacham[23] nobis pervenerit[24] opportunitas alloquendi, monacharum[25]

---

[1]) patenter *CGH* [2]) *VZ*; minierantur *A* moriantur *B* minuuntur *b* [3]) mortificata *TC* [4]) *om. O* [5]) mouemur *B* [6]) ne idem *H* [7]) vobis *A* [8]) eius uita meretur *CZ* eius mer. uita *DFb* [9]) bestia *Z* [10]) Nam de ipsius fide potest non immerito *B* Non enim *O* [11]) fidei *CDZb* [12]) merito *O* [13]) quod [?] *A* quis *H* [14]) detractionis *A* [15]) grande *D* [16]) Monialium *B* [17]) condempnamus *O* [18]) qu. pest. *om. O* [19]) prohibemus *O* [20]) monialis *B* [21]) amare *VEb* [22]) *BFH*; quadam *ACD om. Eb* [23]) *DFZb*; monacha *AC* monialem *B* [24]) peruenerat *B* prouenerit *CF* prouenit *E* [25]) monialium *B*

sollicitationis doctrinae non ignari facundo[1] artis eam[2] sermone coegimus nostrae[3] acquiescere[4] voluntati; et nos tanquam[5] mentis caecitate[6] prostrati et, quid deceret, nullatenus recolentes, quia[7]: „Quid deceat[8], non videt ullus amans" et iterum: „Nil bene cernit amor, videt omnia lumine caeco", statim coepimus ipsius attrahi pulchritudine vehementi et dulciori facundia colligari. Interim tamen eam, qua[9] ducebamur, vesaniam[10] cogitantes a praedicta mortis[11] dormitione summo sumus[12] excitati labore. Et quamvis multum credamur[13] in amoris arte[14] periti et amoris praedocti[15] remedia[16], vix tamen eius novimus pestiferos[17] laqueos evitare et sine[18] carnis[19] contagione[20] removere. Cave igitur, Gualteri[21], cum monialibus solitaria[22] quaerere loca vel opportunitatem desiderare loquendi, quia, si lascivis ludis locum ipsa persenserit aptum[23], tibi non crastinabit[24] concedere, quod optabis[25], et ignita[26] solatia praeparare, et vix unquam poteris opera Veneris evitare nefanda scelera[27] sinistra[28] committens. Nam

[1]) fatiendo *A* facunde *C* [2]) *om. B* [3]) Vestre *A* uestre *Z* [4]) quiessere *A* [5]) *om. B* [6]) cecati cecitate *A* [7]) et *H* [8]) decet *O* *add. CF*: aut non; *DZ*: decet aut quid non; *b*: et quid [9]) *DF*; quam *TH* que *CEb* [10]) uesamina *A* uesania *C* insaniam *H* [11]) uel amoris mortis *A* amoris mortis *B* [12]) unius *H* [13]) *VEb*; credamus *TH* [14]) nos arte peritos *B* [15]) noscentes *B* predicti *H* [16]) remedio *Hb* [17]) pestiferas *A* [18]) *om. B* et-remov. *om. D* evitare-carnis *om. H* [19]) *O*; cordis *T* [20]) contagia *B* contagio *O* [21]) gualterij *A* [22]) solatia *A* [23]) *O*; apertum *T* [24]) *O*; curabit *T* [25]) operabat *H* [26]) *O*; ignota *T* [27]) sceleraque *B* et sc. funesta committes *CEF* et sc. fun. committere *Hb* [28]) funesta *O*

quum nos, omni astutos ingenio et qualibet amoris doctrina vigentes[1], earum coegit[2] vacillare svavitas, qualiter sibi tua imperita[3] poterit obstare[4] iuventus? Amor igitur talis tibi[5] sit fugiendus, amice.

Capitulum[6] IX: De amore per pecuniam acquisito.

Nunc videamus, an interventu pecuniae vel alterius muneris verus possit amor acquiri. Verus igitur amor ex sola cordis affectione procedit[7] et ex pura gratia et mera liberalitate[8] conceditur. Pretiosissimum namque munus amoris nullius potest pretii aestimatione pensari[9] vel argenti dehonestari[10] substantia. Sed, si aliqua mulier avaritiae tanto detineatur ardore, ut muneris gratia se ipsam largiatur amanti, haec a nemine reputetur[11] amatrix sed falsificatrix amoris et immundarum mulierum prostibulis adiungenda[12]. Immo magis istarum luxuria quam publico quaestu[13] meretricantium[14] est profananda voluptas[15]. Illae nam-

---

[1]) predoctos ingens *B* uirentes *Vb* nitentes *Z* [2]) cogit *FH* [3]) imperitia *R* [4]) *O*; *om. A* cauere *B* [5]) tibi semper *VEb* semper sit tibi *H* [6]) *Inscr. om. AE* Utrum uerus amor possit acquiri pecunia interueniente Sequitur de diuitiarum habundantia *B* de amore per pecuniam acquisito *Cb* Capitulum. XIIII. de amore per pecuniam acquisito *D* De amore propter pecuniam acquisito R *F* Utrum interuentu pecunie amor verus acquiri possit *H* De amore pro pecunia acquisito *I* [7]) prodiit *B* [8]) *O*; libertate *T* [9]) comparari *B add. O*: nec auri [10]) dehonestare *B* [11]) reputatur *Hb* [12]) adiungatur *D* [13]) *O*; questui *T* [14]) meretruancium *H* mercantium *ct.* [15]) *VEb*; voluntas *TH*

que, quod suum est, agunt neminemque decipiunt, [etiam[1]] quum[2] earum sit intentio manifesta. Istae[3] vero, dum se dominas mentiuntur[4] egregias et omni urbanitate praeclaras, pro suo cogunt homines amore languescere et sub falsis velamentis amoris eos Cupidinis[5] sagitta pertactos[6] cunctis gaudent spoliare[7] divitiis. Homines[8] ipsarum specie fallaci decepti et nutibus[9] circumventi[10] dolosis et subdola et ingeniosa exactione coacti plura bona[11] satagunt sibi largiri, quam possunt[12], et dulcius eis sapit, quod constat esse largitum, quam quod propriis habent usibus reservatum. Et ipsae quidem omnes habent exigendi modos[13]; et quam diu hominem vident suae desideriis avaritiae posse[14] muneribus respondere[15], tam[16] diu dilectum sibi profitentur amantem et eius non cessant substantiam exhaurire et[17] usque[18] eliciendo corrodunt. Eius vero defecta substantia et patrimonii exhausta virtute eis[19] contemptibilis et[20] odiosus exsistit et ab ipsis tanquam apes infructifera reprobatur, et[21] illae[22] manifeste incipiunt[23] apparere, quod erant[24]. Qui vero[25] ad talium conatur[26]

---

[1]) *om. BO* [2]) cum omnibus *VEb* tamen omnibus *H* [3]) *BO*; ille *A* [4]) mentiantur *B* [5]) *O*; cupidius *A* cupide *B* [6]) *VHb*; pertractos *T* [7]) expoliare *VEb* explorare *H* [8]) Hom. vero *B* Hom. enim *O* [9]) nutib.-dolos. et *om. B* [10]) circummutibus *A* [11]) omnia bona *A* [12]) poscant *B* possint *FH* [13]) mores *A* [14]) posse videre *H* [15]) *om. H* [16]) tam diu *om. O* [17]) sed semper elic. *B* [18]) usque ad sanguinem *O* [19]) ipsis *B* ei *VZ* [20]) pre omnibus *VZ* [21]) et-erant *om. B* [22]) illa *O* [23]) incipit *VEb* · incepit *H* [24]) erat *O* [25]) *om. VHb* [26]) conantur *B*

amorem, impudicis debet[1] canibus computari[2] et nullius meretur auxilio sublevari. Cunctis igitur liquere hominibus debet, quod[3] amor, qui munera quaerit, amor ab aliquo vocari non debet sed turpe scortum et luxuriantis ardor avarus, quem[4] nullius posset satiare facultas nec alicuius quantumcunque divitis[5] largitatis[6] humanitas[7] mitigare. Quilibet ergo marium soliditate[8] firmati[9] studere[10] debent[11] talium declinare insidias et fraudes damniferas evitare. Amans enim mulier semper[12] spernit et[13] odit munera coamantis, et[14] eius studet augmentare divitias, ut semper habeat, unde[15] possit largiendo attollere[16] famam, et nihil aliud[17] ab eo sibi largiendum exspectat nisi svavissima solatia carnis, et ut eius[18] inter omnes sua[19] † crescat fama laudanda. Suae namque mulier proficere substantiae credit, quod intuitu sui et acquirendae laudis gratia aliis a[20] coamante cognoverit erogatum. Immo etsi multa mulierem[21] temporalium rerum[22] cogat[23] necessitas, si amoris ipsa ducatur affectu, gravissimum sibi reputat coamantis attenuare substantiam. Coamans tamen

---

1) deberet *H* 2) comparari *O* 3) quod amor [*spatium vacuum*] qui *A* quod cum amor mun. *O* 4) quam *A* 5) diuitiis *ACFZb* diuitis *BDGI* 6) largitas *D* humiditatem largitas *F* habundet largitatis *H* 7) *G*; humiditas *TZC* hūitas *D om. F* 8) sol. firm. *om. B* 9) *O*; formidati *A* 10) studeant *H* 11) debet *BCEF om. H* 12) *om. H* 13) et od. *om. H* 14) *O*; sed *T* 15) unde suam *H* 16) eius attoll. *B* 17) *om. Bb* 18) ipsius *B* 19) *AVEb*; *om. BGHI* [sua *gratia*?] 20) *om. AE* 21) mulierum *H* 22) *om. H* 23) cogit *H*

pati non debet, ut aliquarum[1] ipsa rerum laboret inopia[2], si[3] quocunque potest auxilio suffragari[4]. Vehementer etenim[5] ad verecundiam pertinet[6] amatoris, si[7] rerum ipse fertilitate beatus[8] patiatur[9] coamantem[10] necessitate[11] aliqua detineri. Nec ad mulieris unquam noscitur pertinere[12] pudorem, si[13] tempore opportunitatis instantis[14] munera coamantis agnoscat[15] et plenaria ipsius largitione[16] fruatur. Sufficit[17] ergo mulieri copiose divitiis abundanti, quod eius gratia aliis a suo, prout decet, largitur amante.

Mulier[18], quam amoris respectu[19] cognoveris affectare pecuniam, sit tibi penitus inimica et eam tanquam animal venenosum, quod cauda ferit et ore blanditur, evitare memento. Si enim tanta corporis te[20] petulantia cogat[21], ut soldatas[22] quaerere velis[23] feminas, magis tibi expedit cum mulieribus publice[24] in prostibulo commorantibus negotiari et earum pretio corpus parvo mercari quam sub amoris figmento ab aliqua se dominam[25] simulante meretricio more velle propriis exspoliari divitiis. In tali namque mercimonio ille

---

1) aliqua ipsarum *Z* 2) inedia *VZ* 3) sed *B* 4) suffr. tenetur vehementer *B* 5) Nam *B* 6) pertineret *B* 7) *O*; si sit *T* 8) beatusque *B* habundet *O* 9) *om. O* 10) amantem *B* coamantem uero *VE* coam. ergo *H* 11) necessitas ulla frangat *C* necess. ulla constringat *P* 12) detinere *A* 13) quod *B* 14) non inst. *B* 15) agnoscit *BCb* cognoscat *DH* 16) largitionis *A* largitate *O* 17) sufficiat *CFZb* 18) Mulier ergo *O* 19) aspectu *H* 20) *om. A* te corp. *B* 21) cogitat *A* 22) soldarias *C* solidarias *DEF* sordareas *H* 23) *om. B* 24) publicis *B* 25) dom. esse *B*

dicitur[1] competentiori foro mercari, qui, quod optat, pretio minori consequitur. Vilius[2] enim venalitati res[3] exposita comparatur, quam[4] si venditor ab emptore rogetur. Heu, dolemus, quia dominarum honorabile nomen meretricio cernimus opere[5] profanari. Universae igitur armentur[6] dominae probiores, [si[7]], quum sua iura videant ab indignis feminis usurpari, et[8] tam nefanda studeant scelera vindicare, ne tantae perditionis exemplum diutius per orbem valeat[9] divagari[10].

Non ergo te decipiat fallax cutis feminae circumspecta vel mulieris degenerantis origo, cuius priora[11] blandimenta omni melle sunt dulciora, quia[12] ipsius extrema plus felle vel absinthio reperiuntur amara. Quando enim vides mulierem[13] alicuius benefacta recolere, qui[14] suae plurima fuerit largitus amanti, vel eam videris alterius[15] ornamenta[16] laudare[17] vel suarum rerum pignorationem[18] esse factam[19] queratur[20] vel[21] sub aliqua verborum palliatione aliqua petat[22] ornamenta[23], ab eius te plurimum oportet artibus praecavere; haec[24] enim non amare sed pecuniam haurire[25] desiderat. Sed, etsi aliud

---

1) creditur *O* 2) Et vilius venal. *B* 3) *om. H* 4) quam res emptori a venditore negata *B* 5) *om. H* 6) domine amentur domine *A* 7) ut *B om. O* 8) *O*; *om. T* 9) ualeant *A* 10) denegari *A* diuulgari *B* deuagari *VE* diuagari *Hb* 11) priora ornamenta bland. *H* 12) sed *D* et *Hb* 13) mulieres *A* 14) quia *CDZb* 15) alt. mulieris *O* 16) *O*; ordinamenta *T* 17) laudari *A* 18) in pign. *B* 19) *om. H* 20) conqueratur *BH* 21) aut *B* 22) sibi innuat *CDGZb* inueniat *F* 23) ornam. decet *A* orn. deesse *CDGZb* abesse *F* 24) Nam hec *B* 25) exhaurire *O*

tibi[1] super praesenti articulo non possit[2] facere fidem, amoris tamen regulae nobis[3] doctrina demonstrat, amorem[4] et avaritiam in uno simul hospitio cohabitare[5] non posse[6]. Si[7] enim amor largientis[8] sola[9] gratia derivetur[10] et non gratis alicui concedatur, non erit amor sed fallax figmentum amoris atque profanum.

Licet ergo raro gratiosus amor[11] valeat inveniri, quia multas ardor dehonestat avarus, studeas tamen summo labore coamantem quaerere talem, cuius fidem nec[12] magna superveniens inopia rerum nec adversitas[13] iniqua[14] consurgens[15] tibi [eam[16]] possit facere alteratam. Nam, si captus fueris amore feminae cuiuscunque[17] fallacis et ditari quaerentis, illius nunquam consequeris amorem, sed vulpino decipieris ingenio, quia, quum falsos tibi nutus[18] extorquendi causa demonstrabit amoris[19], venti[20] te aura ditabit inani[21], largiendi sibique[22] tibi[23] provocabit ingenium. Et postea, quidquid in orbe carius[24] possidebis, videbitur tibi modicum pro impensl[25] nutus[26] fallacis[27] honore[28] conferre, et sic mulieris captus ingenio

---

1) *om. FH* 2) posset *H* 3) *CFH* vobis *TEb om. D* 4) am. simul *A* 5) cohabere *A* 6) possunt *A* 7) Sed *A* nec en. nisi *E* 8) largitionis *B* ex largientis *O* 9) *om. B* solummodo *O* 10) *BZ*; deriuatur *ct.* 11) *om. B* 12) *om. H* 13) *O*; *om. T* 14) *O*; in qua *A* aliquid aliud *B* 15) fidem subuertat alioquin non sequetur amorem *H* 16) *om. BO* 17) cuiusquam *Ab* 18) *O*; falso tibi nuptu *A* falso tibi impetu *B* 19) amorem *B* 20) et venti . . ac largiendi *B* 21) invani *A* 22) sibi *BC* igitur *E* 23) penitus *C* tibi penitus *P* 24) carnis *BZ* 25) impensis *AE* ipsius *B* 26) nutu *A* 27) fallaci *B* 28) *om. B*

ad inopiae compelleris litora navigare[1] et in[2] omnium devenire contemptum[3]. Nihil enim tam contemptibile cunctis per orbem constat hominibus, quam pro carnis opere Venerisque solatio propriam aliquem[4] dissipare substantiam. Qualis ergo sit[5] amor, qui pretii quacunque venalitate concedatur[6], apertissime tibi potest ex pagina liquere praesenti. Unde hoc tibi praeceptum semper servabis[7], amice, ut, quandocunque aliqua[8] praesumptione cognoveris, mulierem solidorum esse coacervationi[9] sollicitam, inter ipsa cognitionis[10] initia illam sis evitare sollicitus et eius te insidiis nullatenus obligare. Nam, si[11] eius volueris obsecundare[12] sermonibus eiusque[13] plenius agnoscere[14] fidem, propria[15] te invenies cogitatione frustratum, quia fidem eius et propositum nulla poteris[16] indagatione cognoscere[17], nisi quum plena fuerit cruoris hirudo et te semivivum divitiarum exhausto cruore dimittit[18]. Vix enim alicuius[19] industria sapientis agnoscitur[20], quid gerat interius dolus fallentis amicae, quia tantis novit[21] artibus suas fraudes et ingenio colorare[22], quod vix unquam posset istud fidelis amatoris[23] ingenio

---

1) diuagare *H* 2) *O*; *om. T* 3) *VHb*; contemptu *T om. E* 4) aliquam *ACEFb om. H* 5) fit *B* 6) conceditur *BO* 7) *om. H* 8) ex al. *B* 9) congregationi *B om. H* 10) cogitationis *CZb* 11) et si *CFHb* 12) confederacione *H* 13) ipsius *B* 14) agnoscendo *B* 15) propterea *H* 16) *O*; *om. T* 17) cognosces *B* 18) dimittat *BO* 19) al. posset *CDE* posset al. *FHb* 20) cognoscitur *B* agnosci *VE* cognosci *Hb* 21) uoluit *D* 22) *O*; colocare *T* 23) amator *H*

deprehendi[1]. Maius[2] enim est avarae mulieris ingenium, quam antiqui fuerit hostis primi parentis animum callide[3] subvertentis astutia. Unde te omni oportet ingenio praecavere, ne talis valeas mulieris insidiis supplantari, quia femina talis non amare sed tuis quaerit divitiis abundare. Si talium quidem correctioni vellemus insistere et earum[4] vitam et facta recolere[5], primitus nostrae vitae tempora pertransirent, quam[6] scribendi materia nobis[7] deficeret copiosa. Non autem haec asserimus quasi honorabilium[8] volentes mulierum generi derogare[9], sed[10] earum cupientes arguere vitam, quae reverendi[11] mulierum coetus suis turpiter actibus non erubent[12] dehonestare[13] militiam et sub amoris commento[14] profanare. Absit enim, nos[15] unquam velle vel posse laudabilium feminarum actibus insidiari[16] vel eis in aliquo praesenti derogare[17] libello, quia per eas ad benefaciendum mundus disponitur universus, et divitibus rerum abundantia crescit, egenorum[18] abundanter[19] inopiae providetur, et[20] ad viam[21] rectitudinis reducuntur avari viamque[22] largitatis cognoscunt[23]. Immo[24] laudum decoratae[25] virtute[26] cuncta[27],

---

[1]) deprehendere *H* [2]) Non enim minus est cruore mul. *H* [3]) callidum *H* [4]) eorum *C* [5]) recolimus *B* [6]) antequam *D* [7]) uobis *B* *om.* *C* [8]) honorabili *VEb* [9]) derogari *CH* [10]) *BO*; si *A* [11]) *O*; reuerecondi *A* verecondi *B* [12]) *VZ*; *om.* *A* non er. *om.* *B* [13]) dehonestauere *B* [14]) figmento prophanarunt *B* [15]) vos *Ab* [16]) insinuari *D* [17]) derogari *H* [18]) et egen. *BO* [19]) copiose et superabundanter miseric prov. *B* [20]) et-cognoscunt *om.* *H* [21]) uitam *D* [22]) viam *B* [23]) cognoscendo *B* [24]) Immo mulieres *B* Immo mulier *O* [25]) *B*; decorata *AO* [26]) virtutibus *B* [27]) cunctis *B*

quae in mundo bona fiunt[1], occasionem praestant[2] agendi. Haec igitur[3], Gualteri[4], quae opulenta tibi brevitate notamus[5], si assidua lectione perceperis, facile[6] non eris fallacis mulieris ingenio circumventus[7].

Capitulum[8] X: De facili rei concessione petitae.

Post haec videamus, an facilis petitae rei concessio ad[9] amorem valeat pertinere. Sed primo[10] videamus, quae sit petitae rei facilis concessio. Et[11] quidem petitae rei facilis concessio tunc fieri asseritur, quando mulier nimia[12] carnis voluptate cogente facile[13] se ipsam petenti largitur, hoc[14] idem alii facile concessura quaerenti nullo[15] in ea[16] post[17] peractum opus amoris radio[18] permanente[19] et nullo munere mediante. Talis qui-

1) fuerit *AD* 2) nobis prestat *VE* prestat *Hb* 3) *CD*; ig. tua *T om. EF* inde *H* 4) Gualterij *A* . G . *CF*; Galteri *E* Gualtere *H* 5) notauimus *B* 6) faciliter *B* 7) *add. B*: Et hec de acquisitione amoris per diuitiarum habundantiam 8) de facilli re concessa amoris petita *A* De facile rei petite concessione *B* Quod facilis petite rei concessio amorem impediat *C* Cap. XV. de facili petite rei concessione *D* De facili concessione rei petite *E* (petite rei) *F* Vtrum mulier facile consenciens sit amanda *H* Cuius rei petitio ad amorem pertineat *b* 9) ad-concessio *om. H* 10) primitus *B* 11) que tunc fieri *Bb* Facilis ergo rei petite concessio *VE* 12) nimis *H* 13) de facili *B* facilem *H* 14) In hac enim faciliter se ipsam concedente alicui petenti *B* 15) *O*; nulla *A* nullus *B* 16) *O*; eo *A om. B* 17) potest post *B om. CH* 18) radius *B* 19) permanere *B*

dem mulieris[1] te noli vinculis colligare[2], quia[3] ipsius amorem nullius posses sollicitudinis arte lucrari. Nam, quum propter nimiam Veneris abundantiam huiusmodi[4] mulier[5] nullius[6] se potest[7] amoris vinculis colligare, sed multorum appetit libidine satiari, eius frustra quaeris amorem, nisi te in[8] Veneris opere tam potentem[9] agnoveris[10], ut eius valeas libidinem saturare[11], quo tibi facilius esset aquis[12] penitus maria[13] desiccare; unde merito credimus, ab ipsius tibi amore cessandum. Licet[14] enim[14] iuxta tuae voluntatis[15] affectum[16] eius plenarie potiaris amplexu, sua tamen solatia intolerabilis[17] poenae occasio et[18] multorum tibi erunt[19] origo dolorum. Nam, quum amantium more ipsius affectaveris solitarius[20] sentire solatia et eam cognoveris alterius libidini commisceri et alium tibi adiunxisse participem[21], quanta[22] inde[23] tibi doloris amaritudo procedet[24], nullatenus posses[25] nisi expertus plenius erudiri[26]. Ex[27] his ergo, quae diximus, tibi debet esse plenarie manifestum, quod, ubi facilis rei petitae largitio reperitur, ibi amorem constat abesse[28]. Nam, ubi feminam[29] tanta[30]

---

[1]) mulier *A* [2]) obligare *VHb* [3]) quia-colligare *om. E* [4]) huius *AD* [5]) *VEb*; mulieris *A* mulieres *B om. H* [6]) nullis *BF* [7]) *O*; possunt *T* [8]) *O*; *om. T* [9]) *om. H* [10]) *om. D* cognouis *H* [11]) saciare *CEFb* [12]) aquas *C* [13]) marina *B om. C* [14]) quoniam licet *B* [15]) voluptatis *B* [16]) effectum *E* [17]) intolerabilium penarum *B* [18]) et etiam *F* [19]) *VHb*; erit *TE* [20]) *VZ*; solita *T om. b* [21]) participem percipe *A* [22]) quantum *A* [23]) ex hoc doloris *B* [24]) procedit *Hb* [25]) *om. H* [26]) cognoscere *B* [27]) Et *A* [28]) obesse *A* [29]) *VE*; femina *TH* femine *b* [30]) tanta lib. *om. T*

libido debentat, quod unius se[1] non potest vinculis obligare[2] sed plurium[3] desiderat voluptatibus commisceri, ibi amor locum[4] sibi valet[5] nullatenus invenire[6]. Amor enim verus tanto duorum corda dilectionis iungit affectu, quod aliorum non possunt desiderare amplexus, sed cunctorum tanquam horrenda student[7] evitare solatia et mutuis[8] se vicibus reservare. Et dicitur esse idem in femina facilis rei petitae concessio[9], quod in homine nimia[10] voluptatis abundantia[11], quam constat ab amoris aula penitus[12] exsulare[13]. Qui enim tanta[14] carnis voluptate vexatur, ut ex cordis affectu nullius se valeat amplexibus colligare, sed quamcunque[15] videt, impudico animo concupiscit, hic[16] quidem non amator sed adulterator[17] vocatur amoris ac simulator[18] et erit cane deterior[19] impudico. Immo impetuosus meretur asinus iudicari, quem tanta corporis petulantia movet, ut unius[20] se non possit[21] affectioni[22] astringere[23]. Ergo tibi evidenter apparet, quod nimiam voluptatis abundantiam prorsus teneris[24] abiicere et mulie-

---

1) *Vb*; femine *T* un. non pot. se *Z* 2) *VZ*; obligari *A* colligari *B* colligare *b* 3) *BEV*; plurimum *AH* plurimorum *b* 4) loc. sibi *O om. T* 5) ualeat *D* 6) inueniri *B* reperire *C* 7) studet *AF* 8) mut. tantum *B* 9) largitio *H* 10) nimie *B* 11) habundanti *A* habundaritia *B* habundantia nominatur *O* 12) longius *B* 13) propulsare *B* 14) tante *H* 15) quascunque uidet eas imp. *O* 16) hijs *A* 17) *HEb*; adullator *A* adulter *B* adultator *H* 18) ac sim. *O*; ac similator *A* et assimulator *B* 19) *BZb*; deterius *AV* 20) nullius se possit *H* 21) posset *B* 22) affectione *BH* 23) constringere *BDF* 24) tenetur *H*

ris[1], in qua[2] facilem[3] petitae rei concessionem cognoveris[4], amorem tibi non expedit postulare[5].

Capitulum[6] XI: De amore rusticorum.

Sed ne id, quod superius de plebeiorum amore tractavimus[7], ad agricultores crederes esse referendum[8], de illorum tibi breviter amore subiungimus[9]. Dicimus[10] enim[11] vix[12] contingere posse[13], quod agricolae in amoris inveniantur curia militare, sed naturaliter sicut equus et mulus[14] ad Veneris opera promoventur[15], quemadmodum impetus eis naturae[16] demonstrat. Sufficit[17] ergo[18] agricultori[19] labor assiduus et vomeris ligonisque[20] continua sine intermissione solatia. Sed, etsi quandoque, licet[21] raro, contingat, eos ultra sui naturam amoris aculeo concitari, ipsos tamen in amoris doctrina non expedit erudire, ne, dum actibus sibi naturaliter alienis intendunt[22], humana praedia, illorum solita fructificare[23] labore[24], cultoris defectu

---

[1]) multorum *H* [2]) *VEb*; quam *TH* [3]) facile *A* [4]) esse cognoueris *Vb* esse agnoueris *Z* [5]) *add. B*: et hec de modis acquisitionis amoris dicta sufficiunt [6]) De am. rust. *A*; De amore rusticorum et agricultorum *B* de amore rusticorum uel rusticarum *C* Cap. XVI. de am. rusticor. et rusticarum *D* De amore agricultorum *E* De amore rusticorum R *F* De amore Rusticarum *H* [7]) narrauit *D* narrauimus *CFZb* [8]) *O*; ferendum *T* [9]) subiungamus *H* [10]) *O*; omnes *A* Nunquam *B* [11]) ergo *VZ* [12]) aut vix *B* [13]) *VHb*; posset *TE* [14]) asinus *B* [15]) permouentur *E* [16]) naturalc *A* [17]) *TI*; sufficiant *CD* sufficiat *FZb* [18]) ergo sibi *VEb* ergo tibi *H* [19]) agriculture *O* [20]) leguminisque *B* [21]) *om. H* [22]) *AH*; intenderent *ct.* [23]) fructiferare *A* fructificarent *H* [24]) laboribus *B*

nobis facta infructifera sentiamus[1]. Si vero et[2] illarum[3] te feminarum[4] amor forte attraxerit[5], eas pluribus laudibus efferre[6] memento, et, si locum inveneris opportunum, non differas assumere, quod petebas[7] et violento[7] potiri[9] amplexu. Vix enim ipsarum[10] in tantum exterius[11] poteris mitigare rigorem[12], quod quietos fateantur se tibi concessuras amplexus vel optata[13] patiantur[14] te habere solatia, nisi modicae[15] saltem coactionis medela praecedat ipsarum opportuna[16] pudoris[17]. Haec autem dicimus non quasi rusticanarum[18] mulierum[19] tibi svadere volentes amorem, sed ut, si minus provide ad illas provoceris amandum, brevi possis[20] doctrina cognoscere, quis tibi sit[21] processus habendus.

Capitulum[22] XII: De amore meretricum.

Si vero quaeratur, quid de meretricis[23] sentiamus[24] amore, dicimus omnes[25] meretrices penitus

---

[1]) sentiantur *D* [2]) *om. B* ad *O* [3]) *BH*; aliarum *A* illorum *VEb* [4]) feminas *O* [5]) *VE*; contraxerit *A* contraxit *B* traxerit *H* subtraxerit *b* [6]) *CFGZ*; offerre *AD* exaltare *B* afficere *b* [7]) *VEb*; petebis *A* petis *BH* [8]) violenti *B* [9]) potiori *A* perpotiri *F* [10]) *O*; *om. T* [11]) *O*: externis *A om. B* [12]) ipsius rig. *B* [13]) *O*; oportuna *T* [14]) fateantur *D* [15]) monite *H* [16]) *AD*; *om. B* opertiua *CEb* opertua *H* operatiua *F* [17]) remouens pudorem *B* prouideri *H* [18]) rusticarum *D* [19]) *om. B* [20]) valeatis *B* posses *CFZ* [21]) esset *B* foret *F* quis ibi sit *H* [22]) De amor. mer. *BCHb* De amore meretricum vitando *A* Cap. XVII. de amore meretricum *D* Qualiter de amore meretricum senciamus *E* De amore meretricum. R. *F* [23]) meretricum *CZb* [24]) sententiamus *A* [25]) *om. O*

esse vitandas, quia ipsarum[1] foedissima[2] commixtio est[3], et incestus cum eis crimen semper fere committitur. Praeterea meretrix raro se alicui[4] concedere consvevit, nisi primo[5] fuerit muneris[6] susceptione gavisa. Immo etsi quando[7] meretricem contingat amare, eius tamen amorem perniciosum constat esse hominibus, quia familiarem[8] cum meretricibus conversationem habere ab omni sapientia reprobatur, et cuiuslibet inde[9] fama supprimitur. Ad earum[10] autem[11] capessendum[12] amorem doctrinam tibi non curamus exponere, quia, quocunque se affectu[13] concedant[14] petenti, haec semper sine precum instantia largiuntur; ergo[15] ad hoc doctrinam postulare non debes[16].

---

[1]) quia quarum ipsarum *A* [2]) fedidissima *C* fetidissima *Zb* [3]) iudicatur *O* [4]) aliter *H* [5]) *om. V* [6]) muneris premio *D* mun. primo *CFb* [7]) quandoque *BO* [8]) famulantem *H* [9]) inde uiri *CFZb* [10]) eorum *A* [11]) igitur *B* [12]) *O*; compensendum *A* compescendum *B* [13]) effectu *Cb* [14]) concedunt *B*[?] *F* [15]) ergo merito *B* [16]) *add. B*: et hec de acquisitione amoris per sermonis facundiam dicta sufficiunt; *C*: Explicit lib. I. incipit II. Qualiter amor retineatur; *D*: Incipit liber secundus ad Galterium qualiter amor acquisitus retineatur; *H*: Finita secunda parte incipit tertia pars. Et primo qualiter amor sit conseruandus; *I*: Incipit liber secundus Qualiter amor retineatur; *Cod. Vindob.*: Explicit primus liber ad Galterium Incipit secundus. Qualiter amor retineatur.

Liber[1] secundus:
Qualiter amor retineatur.

Capitulum[2] I: Qualiter status acquisiti amoris debeat conservari.

Quoniam igitur sufficienter superius a nobis est de amoris acquisitione tractatum[3], non immerito subsequenter videndum[4] et[5] addendum[6] est[7], qualiter acquisiti debeat amoris status[8] conservari. ⌈Qui suum igitur[9] cupit amorem diu retinere[10] illaesum, eum[11] sibi maxime praecavere oportet, ut amor extra suos terminos nemini propaletur, sed omnibus reservetur[12] occultus.⌉ Amor enim postquam ad plurium coepit[13] devenire[14] notitiam, statim naturalia deserit[15] incrementa et

---

[1]) lib.-retin. *om. TEFG* [2]) Qual.-cons. *A*; Qualiter amor acquisitus debeat conseruari *B* Qualiter amor conseruetur *E* Qualiter status debeat conseruari amoris *F (De codd. CDHI v. supra)* [3]) determinatum *B* narratum *O* [4]) *om. CD* uidetur *FZb* [5]) *om. BO* [6]) *om. B* [7]) *om. O* [8]) *om. A* [9]) itaque *O* [10]) conseruare *B* [11]) *om. B* [12]) sit *H* [13]) incipit *O* [14]) peruenire *H* [15]) *BO*: deseruit *A*

defectum prioris status agnoscit. Debet etiam[1] amator in cunctis se coamanti ostendere sapientem, moderatum moribusque[2] compositum et in nullo ipsius[3] debet animum odiosis actibus irritare[4]. Sed et[5] necessitatibus quisque tenetur occurrere coamantis[6] et eius[7] cunctis compatiendo[8] laboribus et iustis eius voluntatibus[9] obsequendo[10]. Sed[11], etsi quandoque minus sciatur ipsius iusta voluntas, ei tamen esse debet obsecundare paratus revocationis primitus admonitione praemissa. Praeterea, si aliquod[12] ineptum ab aliquo[13] minus provide fiat, unde coamantis[14] forte animus concitetur[15], illico facie[16] verecunda[17] se male[18] profiteatur egisse et[19] occasionem animi praetendat[20] irati vel[21] causam aliam[22] assignet idoneam, quae illi possit[23] recte negotio confirmari. Ad[24] haec moderate quisque debet[25] inter homines[26] laudibus insistere coamantis, nec eam prolixa vel saepius iterata ipsum decet[27] memoria resonare et raro[28] etiam[29] debet ipsius frequentare viciniam. Immo[30] etsi ipse cum aliis commorando[31] suam viderit

---

1) *FZb*; enim *TD om. C* 2) in omnibusque *DF* in omnibus *H* moribus *b* 3) ipsius coamantis *B* 4) incitare *A* 5) in *F om. H* 6) amantis *B* 7) eius etiam *DF* 8) compati *B* 9) voluptatibus *A* 10) obsequi *B* 11) Sed-praemissa *O om. T* 12) aliquid *CFZ* 13) aliquo amante *B* 14) ipsius coam. *B* 15) concitatur *B* 16) faciem *B* 8) verec [*desunt aliquot litterae*] dam *A* verecondam ostendat et malum se profit. *B* 18) *O*; malum *T* 19) et ut *B* 20) subpeditet *B* 21) *O*: *om. T* 22) *VZ*; aliquam *A* aliquem *B om. b* 23) posset *BZ* 24) Amplius moderate *B* 25) *om. H* 26) omnes *H* 27) debet *DE* 28) *VEb*; merito *T* tanto *H* 29) *om. B* 30) Sed si *B* 31) spatiando aut commorando *B*

coamantem in aliarum collegio constitutam, ab omnibus debet corporis[1] nutibus[2] abstinere et eam quasi extraneam reputare, ne aliquis insidiator amoris male loquendi possit inde sumere[3] modum[4]. Mutuos enim sibi nutus amantes exhibere[5] non debent, nisi se[6] ab omnium[7] semotos insidiis[8] recognoscant. Praeterea quisque placibilis[9] debet esse ornatu[10] amanti et suam moderate colere formam[11], quia corporis immoderata cultura taediosa[12] cunctis exsistit[13], et naturalis inde sequitur[14] contemptio formae. Valet etiam ad statum amoris conservandum largitas coamantis abundans; amatores enim omnes[15] terrenas debent[16] contemptui[17] habere divitias et eas necessitatem habentibus[18] erogare. Nil namque[19] in amante laude dignius[20] approbatur[21], quam si largitatis virtute reperiatur indutus[22]. Omnis namque probitas ex avaritiae admixtione supprimitur, et multa inter homines[23] toleratur[24] improbitas, si largitatis inveniatur pulchritudine decorari. Sed et, si talis sit amator, cui congruat bellatorem exsistere, studere debet, ut eius[25] cunctis appareat[26] animositas manifesta, quia plurimum cuiusque[27] probitati

---

1) corporibus *Zb* 2) viribus *E* 3) sibi sumere *VZ* 4) uiam *O* 5) *om. H* 6) *om. CZ* 7) omnibus *B* hominum *Cb* omni *H* 8) *om. H* 9) placabilis *Bb* 10) ornatus *O* 11) famam *A* 12) *om. H* 13) existit odiosa *H* 14) consequitur *H* 15) *om. B* 16) *O*; debet *A* cunctas debent *B* 17) contempni *AD* 18) patientibus *C* 19) enim *O* 20) *O*; dignus *T* dignum *H* 21) comprobatur *D* probatur *H* 22) ornatus *B* inductus *DE* 23) omnes *H* 24) *VHb*; tolitur *A* tollitur *B* tollatur *E* 25) ipsius *B* eis *H* 26) valeat apparere *B* 27) *O*; cuique *A* sue *B*

detrahitur[1], si timidus[2] proeliator exsistat[3]. Debet etiam amator sua cunctis dominabus libenter semper ministeria exhibere et obsequia quoque[4] praestare, multumve[5] ipsum decet humilitatis praemiis exornari superbiae funditus evulsa radice. Multum etiam studere[6] debet, talem se cunctis[7] exhibere, ut neminem pigeat ipsius[8] benefacta recolere, nullusque[9] valeat iuste suis actibus invidere. Praeterea generali sit sibi[10] regula[11] comprehensum[12], quod[13], quidquid curialitatis ordo deposcit, eiusque doctrina svadet, illud non est ab amantibus omittendum sed sollicitiori[14] studio faciendum. Retinetur[15] quoque amor delectabilia et svavia carnis[16] exercendo solatia, talia tamen et tanta, quae taediosa[17] non videantur amanti. Sed[18], quoscunque[19] actus vel corporis gestus amator suae cognoverit esse placabiles[20] coamanti, eos pulchre et viriliter studeat exercere. Clericus vero laicalia sibi exercitia sive habitum non assumat; nemo enim alieni[21] habitus assumptione vel gestus[22] suo non congruentes[23]

---

1) detraheret *B* 2) *BCDZb*; timendus *A* inuidus *F* 3) existeret *B* 4) *om.* *B* 5) ac multum *B* 6) quisque studere *O* 7) cuilibet *VEb* 8) ipsius libenter *O* 9) et nullus *BO* 10) tibi *BO* 11) pro regula *B* 12) apprehensum *B* 13) quamquam curial. *H* 14) solitiori *A* solidiori *B* sollicitiori *CE*[?] sollitiori *D* soliciori *F* solliciori *H* solertiori *b* 15) Debet etiam amator delectab. *B* 16) *VHb*; cautus *A* certus *F* carnis exhibere vel exercere solatia *B* 17) odiosa *B* 18) Sed et *CFZb* 19) quocunque *A* quousque *H* 20) *B*; placabilis *A* placibiles *O* 21) *O*; alieni alicui *A* sapiens in alieni *B* 22) gestuum *B* 23) congruentium *B* congruenti *H*

ordini exercendo[1] suae[2] sapienti facile posset[3] amanti placere. Praeterea omni[4] conatu curare[5] debet amator cum bonis assidue conversari et malorum societatem penitus evitare. Vilium[6] namque consortio amatoris iuncta persona[7] sui ipsius contemptum parit amanti. Haec autem ad utriusque sexus amantem pertinere cognoscas, quae de amoris tibi retentione narramus[8]. Sunt et alii forte quam[9] plures modi, qui amoris possunt[10] conservationi valere, quos attentus[11] diligensque[12] amator propria poterit investigatione cognoscere.

Capitulum[13] II: Qualiter[14] perfectus[15] amor debeat[16] augmentari[17].

Qualiter autem perfectus amor valeat[18] augmentari[19], breviter tibi[20] curabimus indicare. Et[21] quidem imprimis dicitur augmentari, si rarus et difficilis inter amantes visus interveniat et oculorum aspectus; quanto[22] etenim[23] maior difficultas accedit[24] mutua[25] praestandi[26] ac percipiendi so-

---

1) exercitio letatur amans sed non sapienti *B* exerc. *om. H* 2) si non sapienti sue sapientie *A* 3) possent hec *B* possit *E* 4) toto *B* 5) *O*; currere *A* laborare *B* 6) *O*; vilis uilium *A* vili *B* 7) persone *C* [?] 8) narrauimus *BFH* 9) q. pl. *om. D* 10) possent *B* 11) attentius *AH* attenter *D* 12) ac diligens *B* diligens *DH* 13) Cap. II. libri secundi *D om. ct.* 14) de amoris augmento *DI* 15) *BFZb*; imperfectus *A om. CDI* 16) valeat *B om. VIb* possit *Z* 17) augumentari *A* augmentetur *CF* argumentari *E* argumentetur *b* 18) possit *H* 19) augumentari *A* 20) *om. H* 21) Et amor quidem *VE* Amor quidem *Hb* 22) Et quando *B* 23) etiam *A om. B* 24) *BO*; accidit *A* 25) in mutua *CFZb* 26) praestando . . percipiendo *b*

latia, tanto[1] quidem maior aviditas et affectus crescit amandi. Crescit etiam amor, si unus amantium alteri se ostendat iratum; statim etenim[2] timet amans[3] vehementer, ne perpetuo duret animus concitatus amantis. Amor[4] praeterea tunc quoque[5] sumit[6] augmentum, quum alterum[7] amantium zelotypia[8] vera[9] detentat[10], quae quidem nutrix vocatur amoris. Immo et, si amans non zelotypia vera sed[11] turpi suspicione laboret[12], amor[13] semper tamen inde cognoscit augmentum et sua fit[14] virtute potentior. Quae autem vera sit[15] zelotypia[16], et quae suspicio turpis, in tractatu nobilioris et[17] nobilis evidenter[18] cognoscere poteris. Crescit[19] quoque amor, si divulgatus fuerit, et eum durare contingat; nam amor non solet durare vulgatus[20] sed prorsus deficere consvevit, si[21] fuerit propalatus. Praeterea, si coamantem[22] somnium[23] repraesentet amanti, oritur inde[24] amor et ortus sumit augmenta. Sed et, si cognoveris, aliquem ad tuae amantis subversionem laborare[25], illico tibi sine dubio augmentatur[26] amor, et maiori[27] eam incipies affectione diligere.

---

[1]) tanto-amandi *O om. T* [2]) enim *Bb* [3]) coamans *B* alter uehementer timet amantium *VEb* amancium alter *H* [4]) *om. H* [5]) *om. BF* querit *E* suum *H* [6]) suum *E* fuerit *H* [7]) alter *B* [8]) *CDEb*; zelotopia *AF* zelopica *B* [9]) verba *B* [10]) detentat-vera *om. Tb* [11]) sine *T* sed *b* [12]) *VZ*; profert *B* laborat *A* laborent *b* [13]) amor-augm. *om. B* [14]) ex hoc fit virtus *B* in sua sit *VZ* [15]) *om. B* [16]) zelotopia *AFH* zelopina *B* [17]) et nob. *om. A* et nob. femine *B* [18]) *om. H* [19]) Quandoque amor crescit *H* [20]) *add. B*: aut raro [21]) si fuerit *om. BO* [22]) coam.-et si *om. B* [23]) sumpnum *A* sompnum *H* [24]) tamen *A* [25]) *B*; *om. A* lab. subuers. *O* [26]) augmentabitur *O* [27]) multo maiori *B*

Immo amplius tibi dico: etsi[1] manifeste cognoveris, quod alius[2] tuae coamantis fruatur amplexu, magis ex[3] hoc eius incipies affectare solatia, nisi magnanimitas et cordis nobilitas ab hac[4] te improbitate defendat[5]. Augmentare[6] consvevit amorem mutatio facta vel facienda locorum, nec non correctiones[7] et verb*er*a[8], quae a parentibus patiuntur[9] amantes. Verb*e*rum[10] namque[11] sive sermonis correctio non solum perfectum[12] crescere[13] facit[13] amorem, sed etiam nondum coepto[14] perfectam exsistendi praestat originem. Valet autem[15] ad amoris augmentum frequens cogitatio de coamante cum dilectione[16] assumpta et oculorum cum timore secretus aspectus et actuum amoris exactio cum aviditate suscepta. Multam praeterea intensionem[17] praestat amori gestus et incessus placabilis[18] coamanti atque facundia pulchra loquendi svavitasque[19] sermonis atque laudum[20] coamantis percepta relatio. Sed[21] aliae sunt forte causae, quibus amor intenditur, quas tu ipse assidua poteris indagatione perquirere [et[22]], si haec, quae notavimus[23], attentis auribus percepisti[24].

---

1) quod si *BF* quod et si *CDEb* quia et si *H* 2) alter *B* aliquis *H om. F* 3) ex hoc *om. Z* 4) hac te *om. B* hac *om. E* 5) defenderit *B* 6) Augm. quoque *CDZb* Augm. etiam *F* 7) correctionem *A* 8) verba proterua *B* uerba *ct.* 9) potiuntur *A* sustinent *H* patiuntur *BEVb* pascuntur *I* 10) Verborum *omnes* 11) ymo verborum *B* 12) perfecto *A* 13) crescit facere *B* crescere cogit *O* 14) incepto *B* percepto *C* 15) etiam *B* 16) dilectionis assumptione *B* delectatione ass. *H* 17) intentionem *BDEb* 18) placibilis *CF* 19) cum suauitate *B* 20) laudati *H* 21) Sed et *VEb* 22) *om. Bb* et-percep. *om. D* 23) prenotauimus *CFZb* 24) *O*; percipistis *A* perceperis *B*

Nam[1], quaecunque aliae ad[2] hunc articulum sunt causae valentes, ex his, quae diximus[3], pendere videntur et suam ex eis originem sumunt.

Capitulum[4] III: Qualiter[5] amor minuatur.

Videamus ergo[6], qualiter amor minuatur[7]. Minuit[8] autem[9] amorem solatia[10] percipiendi[11] et amantem nimia videndi facilitas et copia multa loquendi, nec non[12] ineptus cultus et incessus amantis et[13] repente superveniens inopia rerum. Amator[14] enim inopia multa detentus tanta rei familiaris et necessitatis instantis cogitatione quassatur[15], ut[16] amoris non possit[17] actibus inservire nec debita sibi incrementa[18] praestare, et inde suos cuncti mores[19] et vitam improbare nituntur, et omnibus contemptibilis et odiosus exsistit, et[20] neminem cognoscit amicum[21], quia:

„Quum[22] fueris felix[23], multos numerabis amicos,
Tempora[24] quum fuerint nubila[25], solus eris".

Unde propter haec omnia, incipit[26] facies[27] et

---

1) quia *O* 2) adhuc articulli *A* 3) dicimus *A* dixi *D* prediximus *CFZb* 4) Cap. III. *D om. ct.* 5) Qual. am. min. *BV* Inspiciendum est qualiter amor minuatur *A* De diminutione amoris *E* Qualiter amor diminuatur *H* Quibus modis amor minuatur *b* 6) *om. BE* igitur *H* 7) diminuatur *H* 8) *CDZb om. A* Minuunt *BF* 9) enim *BF* 10) et solatia *H* 11) percipienda *A* 12) nec non et *VH* 13) atque repentina sup. *B* 14) Amor *CFZ* 15) *O*; quesatur *A* conquassatur *B* 16) quod *BH* 17) potest *B* 18) nutrimenta *BEVb* 19) amores *H* 20) *O*; ut *A* ac *B* 21) *om. B* 22) Dum *H* 23) diues *H* 24) tempore *B* 25) nebula *B* 26) *om. D* 27) facies incipit eius *C* eius incipit fac. *FZb* facies et forma eius *D*

forma mutari, et eum somni requies derelinquit, et sic vix esse poterit, quod ipse penitus[1] non vilescat amanti. Minui quoque facit amorem de coamante percepta[2] infamia et avaritiae malorumque morum et omnis improbitatis audita relatio, nec non[3] cum alia muliere facta commixtio, licet amandi[4] affectus ibi desit. Minuitur etiam amor, si stultum et indiscretum suum mulier cognoscat amantem, vel si in amoris exactione ipsum viderit[5] excedere[6] modum vel de coamantis non cogitare pudore[7] nec[8] verecundiae[9] ipsius velle ignoscere[10]. Fidelis enim amator potius debet gravissimas amoris eligere poenas quam coamantis[11] verecundia[12] exactione potiri vel ipsius spreto rubore gaudere, quia[13] non amator sed proditor appellaretur[14], qui[15] propriae solummodo[16] considerat[17] voluptatis[18] effectum[19] suae coamantis utilitate neglecta. Deminutionem quoque[20] patitur[21] amor, si perpendat mulier, quod amator timidus exsistat in bello, vel verbi[22] ipsum impatientem agnoscat aut superbiae vitio maculatum[23]. Nil

---

1) *om. C* 2) de percepta *A* 3) *om. B* 4) aff. ibi desit amanti *Zb* (amantis *H*) 5) *VEb*; uidet *A* non videt *B* uidit *H* 6) tenere *B* 7) pudorem *A* 8) *om. A* 9) *VHb*; *om. T* nec-amator *om. E* 10) *VH*; agnoscere *A* probitatem agnoscere *B* cognoscere *b* 11) coamanti *CF* 12) *ACH*; verecundiam *E* vereconda *EDFb* 13) alias enim non *B* 14) appellatur *B* appellari meretur *O* 15) *O*; quippe solummodo *A* quia proprie solummodo *B* 16) *om. C* 17) desiderat *B* 18) uoluptatis *ACFZ* uoluntatis *BDb* 19) affectum *DF* 20) *O*; quidem *T* 21) patet *A* 22) *AD*; verborum *B* ubi *C om. F* si *Zb* 23) maculari *O*

enim congruentius in uniuscuiusque[1] persona[2] residere videtur amantis[3] quam humilitatis ornatu vestiri et[4] superbiae penitus nuditate[5] carere. Minuit quoque frequenter amorem stulti vesanique prolatio[6] verbi. Multi namque student in mulieris aspectu amentia[7] verba proferre, se[8] illi placere credentes, si[9] fatuis et indiscretis[10] sermonibus utantur[11]; qui re vera mirabili deceptione falluntur. Plurima namque[12] sensus[13] laborat inopia[14], qui, dum stulta gerit[15], se credit sapienti placere. Attenuat[16] etiam amorem blasphemia in Deum vel suos sanctos[17] illata et ecclesiasticae religionis irrisio et elemosynarum studiose pauperibus facta detractio. Praeterea violenter amor decrescere invenitur, si infidelis aliquis exsistat[18] amico, vel si aliud[19] firmiter ore fateatur[20] et aliud retineat fraudulenter in corde conceptum. Decrescit etiam amor, si ultra, quam deceat[21], contingat amantem divitias congregare vel pro rebus modicis facile[22] litigare. Multa praeterea tibi possemus[23] de amoris attenuatione narrare, quae tuae sollicitudini penitus derelinquimus[24] indaganda. Nam adeo te videmus negotiis omnibus[25] aliis derelictis amoris exercitio deditum et in amandi proposito con-

---

1) *BDZ*; unicuique *A* cuiusque *CFb* 2) perardescere *B* 3) am. aspectu *B* 4) aut *B* 5) rusticitate *D* 6) probatio *A* 7) amantia *Zb* 8) *O*; sed *A* et *B* 9) sic *H* 10) serm. ind. *A* 11) utuntur *CE* abutantur *DF* 12) quidem *B* 13) sensus defectione lab. *B* 14) *O*; *om.* *T* 15) gerat *B* 16) Attenuatur *A* 17) *om.* *B* 18) reperiatur *OG* 19) aliquid *H* 20) fatetur *ACFZ* fateretur *Db* ore *om.* *H* 21) debeat *C* 22) *om.* *H* 23) possem *C* 24) relinquimus *BCb* 25) *om.* *H*

firmatum, quod[1] nil te poterit in amoris arte latere, quia in ea nil indiscussum[2] relinques. Hoc tamen te nullatenus volumus ignorare, quod, postquam incipit amor evidenter decrescere, cito deficit, nisi aliquo sibi remedio succurratur[3].

Capitulum[4] IV: Qualiter finiatur amor.

Breviter[5] de amoris deminutione discusso tractatu[6], qualiter ipse amor finiatur, subsequenter tibi curamus annectere. Et[7] imprimis quidem amor finem agnoscit, si unus coamantium[8] alteri frangat vel conetur frangere fidem, vel si in fide[9] catholica deprehendatur[10] errare. Finitur quoque amor, postquam evidenter fuerit propalatus atque inter homines divulgatus. Sed et[11], si alteri coamantium necessitates maximas patienti et[12] †opportunitate[13] plurima laboranti abundans manus alterius non succurrat[14] amantis, amor consvevit inde plurimum indignari et ignominiosum capere finem. Finitur quoque amor novo superveniente amore, quoniam affectioni[15] nemo se potest colli-

---

[1]) quare *B* quia *E* [2]) discussum *H* [3]) *BO*; seccuretur *A* [4]) Si amans frangit fidem coamanti qualiter finiatur amor *A* Qualiter finitur amor *B* Qualiter finiatur amor *C* Capitulum. IIII. qualiter amor finiatur *D* Qualiter amor finiatur *ZIb* Qualiter amor finiatur .R. *F* [5]) Breuiter autem *VHb* [6]) tractatum *B* [7]) *om. Hb* [8]) amantium *CZb* [9]) fidei catholice depr. errore *O* [10]) deprehenditur *H* [11]) *O*; *om. T* [12]) *om. H* [*fortasse scribendum*: et inopp.] [13]) inopia *BH* et-labor *om. I* [14]) *BO*; securat *A* [15]) *O*; affectione *T*

gare[1] duorum. Amoris praeterea inaequalitas, fraudulenta cordis et[2] dolosa duplicitas perpetuo fugare solet amorem. Amator[3] namque dolosus ab omni meretur femina recusari et nullis ad[4] hoc debet meritis adiuvari[5], quia, quantalibet[6] sit aliquis probitate praeclarus, et quantalibet[6] sapientia decoretur, si fraudulento[7] in amore versetur ingenio, ab ipsius amoris meretur curia propulsari[8]. Amor enim duos quaerit fidei unitate coniunctos et voluntatum[9] identitate[10] concordes, alii[11] autem quolibet[12] amoris merito[13] defraudantur et[14] in amoris curia extranei reputantur. Sed et superveniens foederatio nuptiarum violenter fugat amorem, ut quorundam amatorum[15] manifesta doctrina docetur[16]. Praeterea, si aliquo[17] fortuito eventu contingat[18], ut alter amantium ad Veneris impotentiam deducatur, amor[19] inter eos postea durare non potest, sed[20] illos penitus derelinquit. Amorem etiam[21] fugat et odit furor alteri superveniens coamanti et timor repentinus exortus. His tibi breviter et in[22] summa notatis, amice, alios finales

---

1) obligare *VHb* 2) cordi sed *A* cordi et *B* cordisque *VE* cordi que *H* 3) *VEb*; Amor *TH* 4) ad hoc *om. CF* 5) iuuari *B* 6) quantacumque *B* 7) fraudulenti *B* 8) improbari et omni in ea penitus honore priuari *O* 9) *V*; uoluntatem *A* voluntatis *BZb* 10) indempnitate *A* indampnitate *B* idemptitate *O* 11) alias *O* 12) quilibet *B* 13) defraudantes merita *B* 14) *O*; *om. T* 15) *O*; amicorum *T* 16) docemur *O* 17) ab al. *B* 18) *O*; contingent *A* contingeret *B* 19) *BO*; amorem *A* 20) sed-derel. *om. C* 21) et *A* 22) *BO*; ad *A*

modos amoris[1] tibi relinquimus[2] explorandos. Non enim tuo prorsus[3] otio volumus indulgere nec te penitus exonerare labore[4].

Hic tamen quaerere posses, utrum finitus amor valeat resumere vitam[5]. Et, si quidem amoris defectus provenerit[6] ex alicuius ignorantia facti, sine dubio reviviscere potest; si vero ex coamantis delicto procedat vel ipsius naturae defectu, eum aliquando revixisse[7], memores[8] minime[9] sumus, hoc[10] tamen non[11] impossibile iudicamus[12], nisi[13] forte ubi[14] naturae defectus occurrat. Sed, si quandoque contingat, amorem reviviscere, non[15] tamen eum credimus amantium pura penitus fide vallari[16].

Capitulum[17] V: De notitia mutui amoris.

His ita dispositis et brevi satis eloquio peroratis ad mutui amoris habendam notitiam tracta-

---

1) *om. B* amandi *F* 2) derelinquimus *B* 3) *om. H* 4) *add. B*: Sequitur dubium vtrum finitus amor valeat resumere vitam 5) uires *CZb* 6) peruenerit *AFH* 7) reuiuisse *E* tenuisse *H* 8) non recolimus *O* 9) min. sum. *om. O* 10) et quidem imposs. *B* 11) *O*; *om. T* 12) reputamus *B* 13) nisi-occur. *om. B* 14) *om. C* 15) talem tamen non *O* 16) *add. B*: Et hec de amoris fine breuiter dicta sufficiunt 17) *Inscriptionem om. A* De notitia amoris mutui *B* De notitia mutui amoris *CI* Capitulum Vm de notitia mutui amoris *D* De mutuo amore *E* Explicit liber primus. Incipit secundus de remedio amoris et prior de notitia mutui amoris. R. *F* Qualiter amor in suo coamante cognoscitur *H* Qualiter notitia mutui amoris habeatur *b*

tum superioribus adiungamus, quem cunctis amantibus utilem credimus et opportunum. [Nihil enim est[1] magis amantibus necessarium quam indubitate[2] cognoscere, qualis sit erga eos coamantis[3] affectus. Nam, si in hac parte aliquo decipiantur[4] errore, ex tali amore non magnum consequuntur honorem et facile inde possunt maximam sustinere iacturam.] Pluribus ergo modis amans potest fidem coamantis[5] cognoscere et eius explorare propositum. Si enim videris[6], amantem occasiones[7] in coamantem requirere[8] varias[9] vel falsa impedimenta opponere[10], de ipsius non diu[11] speres amore gaudere. Similiter si videris[12], coamantem sine causa in solita tibi exhibendo solatia tepidari[13], eius fidem vacillare cognoscas. Sed[14], si coamantem cognoveris[15], se ultra solitum, ut eam non videas, absentare, eius[16] non est firmum[17] in veritate propositum[18]. Sed et, si studeat internuntio[19] se[20] celare[21] fideli[22], te[23] sine dubio valida relinquit in unda et te subterfugit[24] amare. Praeterea, si perpenderis[25], coamantem a solitis per nuntium visitationibus abstinere, vel[26] eius fidelem internuntium[27]

---

1) *om. H* 2) indubitanter *BCDb* 3) amantium *B* amantis *DFb* 4) *CDZb*; recipiantur *A* recipiatur *B* decipiatur *F* 5) in coamante *H* 6) uides *CZb* 7) vanas occasiones *H* 8) exquirere *O* 9) *om. H* 10) apponere *E* componere *VHb* 11) *om. H* 12) uides *CZb* 13) trepidari *F* 14) Sed et si *O* 15) agnoueris *VEb* 16) eius te *D* 17) *om. O* 18) amandi prop. *O* 19) *DHb*; interdum nuntio *T* internuntium *CF* internuncios *E* 20) te *H* 21) abscondere *B* 22) fidei *CFZ* fidem *b* 23) *om. H* 24) subterfuga *A* 25) perpendas *B* 26) uel inter eius *A* 27) nuntium *A*

et specialem in eo, quod referre solebat, cognoveris esse remissum vel tibi quasi alienum[1], eam tibi[2] subversam credere debes [amantem[3]]. Sed et, si inter ipsa delectationis opera[4] in svavia[5] praestando solatia tibi magis solito permanserit onerosa[6], vel tua sibi cognoveris solatia taediosa, eius te destitutum amore[7] non dubites. Praeterea, si ipsa tibi forte insolita convicia[8] pendat[9] vel aliqua[10] exigat, quae non consveverat[11] exigere, vel eam videris in praestando vel[12] petendo solatia solito[13] tardiorem, scias, quod amori[14] tuo brevi est duratura momento. Sed et, si ipsam[15] agnoveris[16] tecum vel cum[17] quolibet[18] alio saepe alterius et[19] indiscrete[20] facta[21] recolere, vel ipsius sub cuiusque[22] calliditatis ingenio attente vitam moresque disquirere, eam[23] scias de amore alterius cogitare. Praeterea, si cognoveris, coamantem ultra, quam consveverat[24], corporis inservire culturae, aut ipsa in tuo crescit amore aut de alterius est amore sollicita. Mulier autem[25], quae in sui coamantis aspectu pallescit, in vero procul dubio consistit amore. Ad haec qui coamantis fidem atque affectum[26] vera cupit inda-

---

1) *B*; alienus *A* alienus existat *D* alienus existit *CFZb* 2) eam tibi *omn.* 3) amanti *CFZb* 4) *O*; tempora *T* 5) et suauia *H* 6) horrosa *A* honerosa *DE* 7) amorem *A* 8) uitia *T* conuicia *O* 9) impendat *B* contendat *C* 10) si *H* 11) consueuit *O* 12) vel petendo *om. C* 13) *VEb*; solita *T om. H* 14) in amore *O* 15) *om. B* 16) cognoueris *DFb* 17) *om. AF* 18) cuilibet *A* 19) *AF*; *om. ct.* 20) indiscreta *CFZb* 21) facit *A om. E* 22) cuiuscunque *V* 23) eum *A* 24) consueuit *VZ* consueverit *b* 25) *om. A* 26) *CDEb*; aspectum *T* effectum *F* factum *H*

gatione cognoscere, cautissime et subtiliter[1] simulare debet amanti, quod alterius concupiscat amplexus, et eius ultra[2] solitum incipiat frequentare viciniam. Ob quam rem si suam cognoverit[3] coamantem animo turbari[4], eam vero[5] credat[6] in amore firmatam[7] et in eo constantissime solidari[8]. Nam, quum unus amantium [aspiciatur[9]] novi[10] amoris amplexibus enutriri[11] vel de eo quomodolibet[12] cogitare suspicatur[13] amantem, statim in corde et animo vehementer incipit[14] iaculari et intolerabili quodam zelo intrinsecus vulnerari. Cuius animi dolorem intrinsecum[15] eius statim evidenter incipit facies indicare. Sed et simulatae indignationes[16] quandoque pulchre inter amantes sibi locum possunt vindicare. Nam, si unus amantium alteri se ostendat iratum et ob aliquam causam se indignatum demonstrat[17] amanti, eius manifeste poterit cognoscere[18] fidem. Verus[19] enim amans semper pavidus pertimescit, ne perpetua sit indignatio coamantis, et ideo, licet quandoque indigno[20] coamanti coamans se[21] ostenderit[22] indignatum, talis quidem modico tempore

---

[1]) uerisimiliter *O* [2]) more solito incip. vic. non fr. *B* [3]) nouerit *B* agnouerit *VE* [4]) conturbari *DZb* [5]) *O*; uere *T* [6]) credit *H* [7]) creatum *H* [8]) solidatam *B* [9]) *T*; *om. O* [10]) non *Z* in *F* non in *b* [11]) *BCZb*; enutari [?] *A* decoretur *D* *om. F* decoratus *I* [12]) quolibet *CEF* [13]) suum susp. *DZ* suum suspicare uiderit *F* [14]) inspicit *B* [15]) *BDF*; intrinsica secum *A* intrinsecus *CZb* [16]) indagationes *E* indignatione *H* [17]) demonstret *CH* ostendit *Eb* ostendat *F* [18]) agnoscere *VFb* amanti agnoscere *H* [19]) verax *O* [20]) propter indignationem coam. *B* indignatio *CH* ut indignatio *D* indignato *EFb* [21]) se etiam *VE* [22]) ostendere *CZb*

poterit durare commotio, si verus inter eos amor esse[1] dignoscitur[2]. Ex talibus quidem indignationibus dilectionis vinculum vel amoris non credas attenuari substantiam, sed exinde omnis in eo purificatur aerugo[3]. Praeterea, si unus amantium sit super[4] rerum coamantis exactione sollicitus, nisi[5] ad hoc summa fuerit[6] propriarum[7] rerum egestate compulsus[8], talis quidem, etsi se confingat[9] amare, longe tamen[10] est ab amantium dilectione remotus, quia non amare sed alienis[11] abundare curat[12] divitiis.

Sunt fortassis et[13] alii quam plures modi, qui ad mutui amoris habendam notitiam possunt valere doctrinae, quos ex his, quae praedixi[14], lector assiduus facillima poterit indagatione cognoscere.

Capitulum[15] VI: Si unus amantium alteri fidem frangat amanti.

Si unus amantium alteri fidem frangat amanti[16], si quidem[17] vir fuit ille, qui fregit, et hoc novi

---

1) interesse *H* 2) dignoscatur *B* 3) origo *THI* erugo *VEb* 4) semper *D* 5) ubi *A* nisi *BO* 6) *om. H* 7) *om. O* 8) non compuls. *B* 9) *CDE*; contingat *T* contigat *F* fingat *H* fingant *b* 10) *add.* eius animus *B* 11) alien. inhinat *C* al. iniat *D* al. uult *FI* al. inhibeat *H* al. inhiat *Eb* 12) *om. O* 13) *om. B* 14) diximus *H* 15) Si unus amantium alteri frangat amanti *A* Quid sit faciendum amanti fidem suo coamanti frangenti *B* Quid iuris sit si unus coamantium alteri fidem frangat *C* Capitulum. VI. si unus alteri fidem fregerit *D* Si unus amantium alteri fidem frangat *E* De fractione amoris .R. *F* Si unus amantium alteri fidem frangit amoris *G* De amatoribus frangentibus fidem amatricibus *I* Qualiter puniri debet vir qui fidem mulieri frangit coamanti *H* Quid unus amantium agere debeat altero fidem fallente, si vir fuerit *b* 16) *om. H* 17) *om. O*

peregit amoris intuitu, prioris[1] efficitur penitus[2] indignus amore atque ipsius[3] frustrandus amplexu, quia in eo prioris spiritus deficit amoris. Nam impossibile prorsus viva ratione probatur, ut[4] assidua et immoderata de muliere cogitatio sumpta novo[5] originem non praestet amori[6] veteremque[7] funditus non expellat. Ipsius enim amoris naturali ac generali traditione docemur, neminem posse vere[8] duplici amore ligari. Talis ergo amator, si solitos requirat amplexus et prioribus[9] exigat gaudiis honorari, a prioris aula penitus excludatur amantis et longe quasi[10] abiiciatur incognitus, quia nulla super hoc sibi possunt opitulari servitia, nisi mulier sibi velit[11] exsistere gratiosa.

Sed videamus, an mulier, si talem[12] admittat amantem, in suo sit laudanda proposito. Et certe[13] hoc cupio mulieribus[14] indicare, quod multum[15] probitati feminae videtur derogari, si talem ulterius admittat amantem, qui novum fuerit expertus amorem; omni[16] namque misericordia iudicatur[17] indignus, qui tanti honoris accepti obliviosus[18] et ingratus exsistens[19] de alterius[20] non erubuit amplexibus cogitare. Quid enim[21] in hoc[22] saeculo alicui potest[23] gratius exhiberi quam optatae

---

[1]) priori *D* [2]) *om. C* [3]) ipsius coamantis prime *B* [4]) quod *B* [5]) *O*; *om. T* [6]) am. ipsius *B* [7]) vet.-naturali *om. CZb* [8]) *om. D* [9]) prioris *CZb* [10]) *ACEF*; abiciatur quasi *BDb* quasi incogn. abitiatur *H* [11]) uellet *A* [12]) talem iterum *VZ* [13]) cunctis *O* [14]) mulierum cetibus *O* [15]) plurimum *O* [16]) suum *H* [17]) uideatur *A* videtur *b* [18]) obliuiosus extitit *H* [19]) et *H* [20]) alterius mulieris *VEb* alt. non erub. mulieris *H* [21]) omni *A* [22]) *om. H* [23]) posset *VEb*

mulieris [divitiis[1]] amore potiri? Si vero mulier, ut[2] saepissime solitum est evenire, a praefati deceptoris amore suam[3] non possit[4] avertere mentem, et ille in novo persistat amore, firma sit veritate secura, quod[5] diuturnas[6] valde sustinebit angustias, antequam optatum capiat ipsius voluntas[7] effectum. Raro etenim[8] contingere solet, ut recente[9] amore admisso[10] ad primum facile[11] reducatur amator[12], quia vix unquam amor reviviscere posset[13] exstinctus. Huic autem mulieri meum non possum[14] denegare[15] consilium: Si oberrantem igitur mulier talis[16] tenere[17] cupit amantem suum[18], ei studeat celare propositum et animi[19] cogitationem penitus occultare ac cauta[20] illi simulatione demonstret, quod ex amoris turbatione[21] ipsius non sit animus concitatus, sed patienter, quod agit[22] amator, ac quiete se tolerare confingat[23]; et si perpenderit[24], eum per suam deambulare[25] viciniam, ad[26] loca[27] visionis more solito non accedat, sed[28] ei se penitus absentare laboret[29]. Sed, si ex hoc ingenio nullum sibi mulier cognoverit afferi[30] profectum[31], cautissime

[1]) diutius *B om. O* [2]) ut alicui *H* [3]) suam-amore *om. O* [4]) potest *A* possit *BG* [5]) *om. B* [6]) diutinas *CFGH* [7]) uoluptas *A* [8]) enim *CZb* [9]) redeunte *CFZb* [10]) dimisso *CDHb* diuiso *EF* [11]) *om. O* [12]) amorem *C* amator *Cm* amatorem *b* [13]) possit *B* potest *Gb* [14]) possem *H* [15]) den. cons. *T* consilium retardare *O* [16]) talem *F* [17]) reuocare *O* [18]) si tamen *H* [19]) *O*; ei *A* eius *B* [20]) tantam ei simulationem *B* [21]) perturbatione *H* [22]) agat *H* [23]) contingat *A* [24]) perpenditur *A* [25]) ambulare *CH* [26]) et ad *H* [27]) uisitationem loca *H* [28]) *om. CZ* sed-lab. *om. F* [29]) contendat *CDEb* concordet *H* [30]) afferre *A* [31]) propositum *Cb*

fingat, se de alterius viri amplexibus cogitare, ut antiqua recolens[1] amator et gaudiosa solatia, quae plurima consveverat aviditate suscipere, nunc extraneis exhiberi zelum in mente resumat amoris, et eius animus incipiat priora praecordialiter affectare solatia. Quod si nec istis ingeniis amor[2] valeat revocari deperditus, saniori[3] consilio mulier sibi[4] poterit providere, si[5] conetur penitus[6] ipsius oblivisci[7] et amoris[8] illius penitus[9] memoriam declinare. Supradictis igitur[10], ut supra[11] dixi, medelis sapienter[12] adhibitis, si nulla exinde vulnera[13] meliorationis[14] fomenta resenserint[15], recte atque provide facit mulier, si pro tali esse desinat amore[16] sollicita, quia in tali tempestate optatas nunquam inveniet[17] ancora ripas. Est igitur quam plurimum a[18] mulieribus praecavendum talibus se amatoribus obligare, quia non vera[19] gaudia ex tali consequentur[20] amore sed innumerosis[21] angustiis et infinitis doloribus exponuntur. Ergo, quum aliqua postulatur[22] amari[23], antequam[24] suum largiatur amorem, totis suis viribus elaboret postulantis mores et[25] fidem agnoscere, ut nil in eo penitus

---

[1]) recolores *B* [2]) amator *O* [3]) sanius sibi mul. pot. prouid. consilium *DFHb* sanius igitur *etc. C* sanius enim *etc. E* [4]) sibi mul. non *B* [5]) quam quod *B* [6]) ipsum pen. obl. *H* [7]) obliuiosa *B* [8]) amatoris *CEFb* [9]) prorsus *B om. O* [10]) enim *VEb om. H* [11]) statim dixi *B* predixi *O* [12]) adhib. diligenter *H* [13]) uulnerationis *C* [14]) *BDFb*; *om. C* melioratio *A* mellis curationis *E* melicomotus *H* [15]) resumpserint *DEFb* resumpserit *CH* [16]) amare *A* [17]) inueniat *H* [18]) *om. O* [19]) uite *CZb* iure *D* rite *F* [20]) consequuntur *CFZb* secuntur *D* [21]) innumerabilibus *B* [22]) postulat *B* [23]) amare *O* [24]) anteq. ipsa *VEb* [25]) et agn. fidem *CDEb*

derelinquat incognitum[1], quia post peractum[2] incaute[3] negotium, serotinum est sapientis desiderare consilium vel tarda poenitudine castigari. Caveat itaque[4] mulier fallacis amatoris insidiis supplantari, quia[5] quam[6] plurimi non amari sed solam[7] quaerunt[8] exercere libidinem vel suas de[9] mulieribus[10] in coetu laudes referre. Qui etiam, antequam a muliere sui valeant laboris percipere fructum, omnia videntur in svavitate sermonis recta[11] fide[12] proponere et puro corde narrare; post fructum vero laboris assumptum tergiversantur amanti, et occulta[13] primitus[14] cordis incipit duplicitas apparere, et misera[15] simplexque[16] ac nimium[17] credula mulier letaliter[18] se reperit fallacis amatoris ingenio circumventam.

Quid ergo, si[19] vir fidem frangit[20] amanti[21] non renovandi[22] amoris intuitu, sed quia sic eum compulit ulterius[23] non reversura voluptas? Quid enim[24], si loci opportunitas feminam[25] ei[26] repraesentavit incognitam, vel quid, si meretricula vel[27] cuiuscunque[28] famula tempore Veneris[29] incitantis huic, de quo[30] loquor, occurrat[31] amanti[32], num-

---

1) infinitum *D* 2) actum *CZb* 3) *om. B* 4) ergo *Hb* 5) quid *A* 6) *om. O* 7) solum *B* 8) queretur *A* 9) *O*; in *T* 10) mulierum cetu *B* 11) *BO*; recte *A* 12) fidem *A* 13) *BO*; occulti *A* 14) penitus *D* 15) *O*; miseria *A om. B* 16) simplex *BFH* 17) nimis *O* 18) *CDEb*; legaliter *A* illegaliter *B* immortaliter *F* lettiliter *H* 19) si vir *O* renouandi *A* est si vir *B* 20) fregerit *B* fregit *O* 21) *om. H* 22) *VHb*; reuocandi *AE* noui *B* 23) amplius *B* 24) si enim loci *A* etiam si loci *B* enim si loci *O* 25) *om. H* 26) *om. A* 27) *om. H* 28) alicuius *B* 29) veneris desiderij *B* 30) *O*; *om. A* de-loquor *om. B* 31) occurrit *D* 32) *VEb*; amandi *TH*

quid ob hoc coamantis[1] debet amore privari, si secum lusit[2] in herba? Et secura quidem possumus[3] responsione docere, quod ob hoc amator suae coamantis non iudicatur indignus amore[4], nisi saepius forte cum[5] pluribus tales[6] ipse[7] committat excessus ita scilicet, ut nimia de eo voluptatis abundantia praesumatur. Sed et, si, quamcunque[8] feminam noverit[9], ad suam fuerit consecutus instantiam vel data opera fuerit suo labore lucratus, priori[10] iuste meretur amore privari, quia[11] violenter praesumitur[12], eum novi[13] amoris id[14] intuitu peregisse, maxime ubi[15] pro nobili vel alias[16] femina honorabili oberraverit[17].

prioris amantis nimium condolens de mulieris fide mutata[1] novum sibi contradicit amorem. Cuius mulier nolens assentire consilio tali se defensione[2] tuetur. Ait enim: Si[3] feminae, quae morte viduatur amantis, licet[4] post biennii metas alium sibi[5] amatorem appetere, multo magis ei[6] debet mulieri licere, quae vivo [et[7] ultra] viduatur amante et[8] quae nullius nuntii vel litterae[9] ab amante transmissae[10] potuit[11] a praefato[12] tempore visitatione gaudere[13], maxime ubi non deerat copia nuntiorum. Quum igitur[14] super hoc negotio longa esset utrinque[15] assertione certatum[16], in arbitrio Campaniae comitissae conveniunt, quae hoc quidem certamen tali iudicio definivit[17]: Non recte agit amatrix, si pro amantis absentia longa suum derelinquat[18] amorem, nisi primitus ipsum in suo defecisse amore vel amantium fregisse fidem manifeste cognoscat, quando[19] scilicet amator abest necessitate cogente, vel[20] quando est[21] eius absentia ex causa dignissima laude[22]. Nihil enim maius[23] gaudium in[24] amatricis[25] debet animo[26] concitare, quam si a remotis partibus laudes de

---

1) subuersa *O* 2) defensionem *H* 3) si licet *GZ* scilicet *Fb* 4) *om. FGZb* 5) sibi-app. *T* (eligere *B*) amare *O* 6) *O*; ei decenio *A* illi *B* 7) et ultra *A* decennio ab amante *B* 8) et-amante *om. B* 9) scripture *O* 10) transiuit *B* transmississe *C* 11) Pot. enim *B* 12) longo *O* 13) sua exultasse vel litterarum transligatione *B* 14) *om. H* 15) utriusque *BDG om. CH* 16) *Q*; certarum *A* tandem *B* 17) diffinit *Ab* 18) *TDb*; derelinquit *ct.* 19) et maxime quando amator *B* 20) vel propter causam laude dignissimam *B* 21) *om. A* 22) laudis *D* 23) magis *H* 24) *om. B* 25) coamantis *B* 26) animum exultare quam *B*

coamante percipiat, vel si ipsum in honorabilibus magnatum coetibus laudabiliter immorari cognoscat[1]. Nam quod[2] litterarum vel nuntiorum visitatione abstinuisse narratur, magnae sibi potest prudentiae reputari, quum nulli extraneo ei liceat hoc aperire secretum. Nam, si[3] litteras emisisset[4], quarum tenor[5] esset[6] portitori celatus, nuntii[7] tamen pravitate vel eodem in[8] itinere mortis eventu sublato facile possent[9] amoris[10] arcana diffundi.

XV[11].

Insurgit etiam alius[12] eventus amoris[13]: Amator quidam, quum proeliando viriliter[14] oculum vel alium sui corporis amisisset ornatum, quasi indignus ac taediosus a sua coamante repellitur, et soliti sibi denegantur amplexus. Huic autem feminae[15] Narbonensis[16] dominae sententia[17] contradicit[18], quae taliter super[19] hac figura[20] respondit: Omni honore mulier censetur indigna, quae ob deformationem[21] solito[22] belli contingentem[22] eventu, et quae solet[23] viriliter evenire

[1]) cognoscant *H* [2]) quidem *E* quidam *H* [3]) et si *CDZb* [4]) transmisisset *B* [5]) tenorem *B* [6]) portator non esset zelatus *B* [7]) propter ipsius prauitatem *B* [8]) *om. ACFHb* [9]) potuissent *B* possit *H* [10]) *BO*; *om. A* [11]) Alius casus *B* Quod nulla mulier de iure possit repellere amantem quod bellando aliquod sui corporis amisit ornatum *G* Quaestio XIV *b* [12]) *A*; al. talis ev. *BDEFG* dubitatio talis siue alius euentus *CZb* (alienus *b*) [13]) *om. B* [14]) virilius *H* [15]) domine *H* [16]) nerbonensis *AD* Nebonensis scilicet *H* [17]) sententie *H* [18]) dicit *H* [19]) *ADG*; sub *ct.* [20]) forma *CFZb* [21]) difformitatem *BDFGZb* [22]) solitam *B* [22]) contingere *B* contingentis *H* contingente *AVEb* [23]) solis uiril. solet *O* et specialiter solet evenire viriliter pugnantibus *B*

bellantibus, coamantem suo iudicavit[1] amore privandum. Hominum[2] enim audacia maxime mulierum concitare consvevit amorem et eas in amandi proposito diutius enutrire. Quare igitur membrorum deformitas, quae naturaliter ex audacia ipsa inevitabili procedit eventu, amoris damno afficere[3] debet amantem[4]?

XVI[5].

Alia[6] deducitur in medio[7] dubitatio talis: Miles quidam, dum[8] pro cuiusdam dominae laboraret amore, et ei non esset penitus opportunitas copiosa loquendi, secretarium in hoc sibi quendam facto de mulieris assensu adhibuit, quo mediante uterque alterius vicissim facilius valeat agnoscere voluntatem et suam[9] ei secretius[10] indicare, et per quem etiam occultius[11] amor inter eos possit perpetuo[12] gubernari. Qui secretarius, officio legationis[13] assumpto, sociali fide confracta, amantis[14] sibi nomen assumpsit ac pro se ipso[15] coepit sollicitus esse. Cuius[16] praefata domina inurbane coepit[17] fraudibus assentire. Sic[18] tandem cum ipso complevit amorem et[19] eius universa

---

1) iudicat *H* 2) Hom.-amantem *om. CZ* 3) non aff. *FGb* 4) *add. b*: et haec Dominae Narbonensis sententia venit multipliciter corroboranda 5) Alia questio *B* De quodam secretario et quadam domina in ipsum consentiente et pena eorum *G* Quaestio XV *b* 6) Deducitur quoque in med. *O* 7) *add.* uestra *DF* iterum *Cb* termini *Z* 8) cum *B* 9) sua *CFZb* 10) *add. B*: dilectionem 11) *om. B* 12) ulterius *CFZb* 13) relationis *A* legationis *BO* (relationis *mutatum in* legationis *B*) 14) coamantis *T* 15) ipso tantum *O* 16) Cui *ADG* 17) incepit *DFZ* 18) Sic quod *B* 19) ut *A*

vota peregit. Miles autem pro fraude sibi facta commotus[1] Campaniae comitissae totam[2] negotii seriem[3] indicavit et de ipsius et[4] aliarum dominarum iudicio nefas praedictum postulat[5] iudicari[6], et[7] eiusdem comitissae ipse fraudulentus collaudavit arbitrium. Comitissa vero[8], sexagenario accersito[9] sibi numero dominarum, rem tali iudicio definivit: Amator[10] iste dolosus, qui[11] suis meritis dignam reperit mulierem, quae tanto facinori non erubuit assentire, male[12] acquisito fruatur amore, si placet[13], et ipsa tali digna fruatur amico. Uterque tamen in perpetuum a cuiuslibet alterius personae maneat segregatus amore, et[14] neuter[15] ad dominarum coetus vel militum curias ulterius devocetur[16], quia ipse[17] contra militaris ordinis[18] fidem commisit, et illa contra[19] dominarum pudorem turpiter secretarii[20] consensit amori.

---

[1]) commoditus *H* [2]) *CDZb*; tantam *T* totius *F* [3]) turbationem *B* [4]) *O*; *om. A* ac *BG* [5]) *TDG*; postulauit *ct.* [6]) vindicari *BG* [7]) et-arbitrium *om. B* [8]) *om. A* [9]) *CFHb*; acquisito *T* arcessito *D om. E* [10]) amor *A* [11]) *CFHb*; quia *TD* quid *E* [12]) malo *EF* in alio *H* [13]) placeat *B* [14]) et-devocetur *om. H* [15]) n. eorum *VEGb* [16]) *TDG*; non uocetur *CEF* convocetur *b* [17]) et ipse *CFGZb* [18]) ordinem *A* [19]) turp. et contra dom. p. *O* [20]) sec. cons. amorem *B* in sec. cons. amore *CF* in sec. cons. amorem *Db* in sec. cons. amori *E*

XVII[1].

Ad haec[2]: dum[3] quidam miles mulieris cuiusdam ligaretur[4] amore[5], quae amori[6] erat alterius obligata, taliter ab ea spem est[7] consecutus amoris, ut[8], si quandoque contingeret, eam sui coamantis amore frustrari, tunc praefato militi sine dubio suum[9] largiretur amorem. Post[10] modici temporis lapsum mulier iam dicta in uxorem se praebuit[11] amatori. Miles vero[12] praefatus spei sibi largitae fructum postulat exhiberi; mulier autem[13] penitus[14] contradicit asserens, se sui coamantis non esse amore frustratam. Huic quidem negotio taliter regina[15] respondit: Comitissae Campaniae obviare sententiae non audemus, quae suo[16] iudicio definivit, non posse inter coniugatos amorem suas extendere[17] vires. Ideoque laudamus, ut praenarrata mulier pollicitum praestet amorem.

XVIII[18].

Quidam[19] miles intima turpiter et secreta vulgavit amoris. Cuius[20] excessum in[21] castris

---

[1]) Alia dubitatio *B* Quod mulier accepto amante in coniugium [?] sit eius amore frustra *G* Alia questio *H* Quaestio XVI *b* [2]) hoc *H* [3]) cum *H* [4]) vinculo ligar. *B* [5]) *O*; *om. T* [6]) amoris *CEF* amore *H* [7]) esse *A* [8]) quod *O* [9]) *om. H* [10]) Post mod. vero *BG* Post uero mod. *D* [11]) praehibuit *A* [12]) autem *B* [13]) *om. B* [14]) pen. vero *B* [15]) Alinore regina *B* Alamanie regina *G* Almoria regina *H* Regina almorie *I* [16]) firmo *O* [17]) exercere *H* [18]) *Deest hoc iudicium in CFZI* Aliud iuditium *B* Constitucio dominarum in Guasconia de eo qui secreta diuulgauit amoris *G* Quaestio XIIIX *b* [19]) Preterea secretarius quidam intima *D* Preterea secr. quid. archana *G* [20]) cuius-amoris *om. B* [21]) in amoris exercessitu mil. *D* in exercitu amoris mil. *G*

omnes militantes amoris postulant severissime[1] vindicari, ne tantae praevaricationis[2] exemplum impunitatis inde sumpta occasione valeat in alios derivari. Dominarum igitur curia in Guasconia convocata[3] de totius curiae voluntatis[4] assensu perpetua fuit constitutione[5] firmatum, ut ulterius iste omni amoris spe frustratus exsistat et in[6] omni dominarum sive militum curia contumeliosus[7] cunctis ac contemptibilis perseveret. Si qua vero mulier haec dominarum ausa fuerit[8] temerare[9] statuta, suum ei puta[10] largiendo amorem, eidem semper maneat[11] obnoxia poenae et omni probae feminae maneat[12] exinde penitus inimica.

XIX[13].

His[14] etiam adiungitur[15] et[16] aliud non inepte[17] iudicium: Miles quidam dum[18] cuiusdam dominae postularet[19] amorem, et ipsum[20] domina[21] penitus[22] reniteretur[23] amare, donaria ei[24] quaedam[25] miles satis decentia misit[26], et oblata mulier[27] alacri vultu et avida mente suscepit[28]. Postea[29]

---

1) sepissime *Tb* seuerissime *DG* [*fort. scribendum*: saevissime] 2) *add. DG*: uel perditionis 3) congregata *b* 4) *om. D*; voluntate ac consensu *B* 5) consecutione *B* 6) *om. B* 7) cunctisque contumel. ac contempt. *B* 8) fuit *G* 9) temerari *D* 10) videlicet *B* 11) *om. b* 12) *om. G* 13) *Deest hoc iudic.* in *CFZI* alia questio *B* De domina que dona militis recipiebat et tamen eum amare nolebat *G* Quaestio XIIX *b* 14) hic *D* 15) adducitur *G* 16) etiam hoc *D* et hoc *G* 17) ineptum *B* 18) cum *BG* 19) postulabat *G* 20) *DGb*; ipsa *T* 21) *om. B* 22) *om. Ab* 23) recusaret *BG* renueret *b* 24) *om. D* 25) *om. BG* 26) atulit *DG* 27) munera *B* 28) mulier suscepit *B* 29) *Ab*; Sed postea in *B* Postmodum vero in *DG*

vero in amore nullatenus mansvescit sed[1] peremptoria sibi negatione[2] respondit[3]. Conqueritur miles, quasi[4] mulier amori congruentia suscipiendo munuscula spem sibi dedisset amoris, quam ei sine causa conatur auferre. His autem[5] taliter regina[6] respondit: Aut mulier munuscula intuitu amoris[7] oblata recuset aut munere[8] compenset[9] amoris aut meretricum sustineat patienter coetibus aggregari[10].

XX[11].

Fuit[12] etiam a regina quaesitum[13], quis[14] magis esset[15] eligendus amor, an[16] scilicet[17] iuvenis viri an in aetate provecti. Quae mirifica quidem subtilitate respondit. Ait enim: Viri[18] scientia et probitate atque morum laudabili compositione[19] bonus vel melior[20] amor non autem aetatis ratione distinguitur[21]. Naturali tamen instinctu aspecto[22] libidinis masculi[23] iuniores[24] aetate[25] avidius solent[26] mulieris[27] adultae libidini[28] commisceri[29] quam iuvenculae, quae sit coaetanea sibi; aetate[30] vero provecti iuvencularum potius affectant amplexus[31] osculaque suscipere

---

1) et *B* 2) negotiatione *A* 3) respondet *D* 4) quod quasi *G* 5) igitur *G* 6) Alinore regina *B* Regina Alamanie *G* 7) *om. A* 8) munera *T* aut suscepta munere *D* aut suscepta munera *G* oblata-amoris *om. b* 9) recompenset *G* 10) congregari *G* 11) Aliud dubium *B* Vtrum iuuenis aut in etate prouectus sit eligendus amator *G* Quaestio XIX *b* 12) Quidam *b* 13) ques. predicta *H* quaesivit *b* 14) cuius *BD* 15) est *H* 16) *om. G* aut *H* 17) *om. B* 18) iuris *F* 19) compos. ornati *B* 20) melior est *B* 21) amor est distinguendus *B* 22) aspectu *FZ* respectu *b* 23) *O*; masculini *T* 24) minoris *BCEFb* 25) etatis *B* 26) assolent *VZ* 27) mulieri *CFZ* 28) se lib. *B* 29) commiscere *B* 30) Masculi vero etate *B* 31) *O*; amorem *T*

quam aetate[1] mulieris adultae. Et econtra[2]: Mulier sive sit iuvencula sive in aetate adulta[3] magis amplexus appetit et solatia iuniorum[4] quam provectorum[5] virorum. Quod quare contingat[6], physicalis potius videtur inquisitio rei.

XXI[7].

Quaesitum quoque fuit a Campaniae comitissa, quas res deceat amantes a coamantibus oblatas accipere. Cui[8] taliter inquisitioni comitissa respondit: Amans quidem[9] a coamante haec[10] licenter potest accipere[11] scilicet[12]: orarium[13], capillorum ligamina, auri argentique coronam, pectoris[14] fibulam[15], speculum, cingulum, marsupium, lateris[16] cordulam, pectinem, manicas[17], chirothecas, anulum, pyxidem[18], species[19], lavamenta[20], vascula, repositoria, vexillum causa memoriae, et, ut generali sermone loquamur, quodlibet[21] datum modicum[22], quod ad corporis potest[23] valere[24] culturam vel aspectus amoenitatem, vel quod potest coaman-

[1]) etatis *B* [2]) contra *A* econuerso *F* [3]) prouecta *D* [4]) *O*; iuuenum *B* iuuenorum *A* [5]) prov. etate *OGI* [6]) contingit *A* [7]) Que res deceat amator sue amatrici largiri vel ab ea recipere. Incipit tractatus *A* Questio de muneribus amantium *B* Quas res deceat amantes a coamantibus suscipere *Gb* (coamantes, recipere *b*) Quas res deceat amantes a coamantibus oblatas accipere *I* [8]) cuius *H* [9]) quidam *H* [10]) licenter hoc *H* [11]) suscipere *CDZ* [12]) *om. H* [13]) *TD*; ororium [?] *F* orallum *G* ornatum *CZb* [14]) *om. H* [15]) fimbulam *H* [16]) laterisque *CEFb* lacertisque *H* [17]) *om. B* [18]) *om. BH* [19]) *om. E* [20]) *om. B* [21]) *OI*; omne licet *A* omne *B* [22]) *O*; sit mod. *A* quamuis mod. *B* [23]) *om. H* [24]) valet *H*

tis afferre memoriam, amans poterit[1] a coamante percipere, si tamen dati acceptio omni videatur[2] avaritiae suspicione carere[3]. Hoc tamen singulos volumus amoris milites edoceri, quod[4], si amans a coamante anulum amoris causa susceperit[5], ipsum[6] in sinistra manu et in[7] minuto[8] debet digito collocare et anuli gemmam ab interiori manus parte semper portare[9] absconsam, et hoc ideo, quia sinistra manus a cunctis[10] magis consvevit tactibus inhonestis et turpibus abstinere, et in minuto[11] digito prae cunctis[12] digitis mors fertur hominis et vita manere, et quia singuli tenentur amantes[13] suum amorem retinere secretum[14]. Similiter[15]: si visitationis[16] inter se amantes utantur[17] epistolis, propriorum[18] nominum etiam[19] scriptione abstineant. Praeterea, si ob aliquam causam ad dominarum devenerint amantes iudicia, amantium personae nunquam debent iudicantibus indicari sed[20] sub indefinita eis prolatione[21] proponi[22]. Sed[23] et mutuas sibi invicem missas epistolas proprio non debent[24] insignire[25] sigillo, nisi forte habuerint[26] secreta sigilla, quae[27] nulli nisi[28] sibi et[29] suis sint

---

1) potest *BG* 2) videtur *Hb* 3) gaudere *C* 4) *om. A* 5) *TDG*; suscepit *CEFb* susciperet *H* 6) *om. E* ut sinistra *H* 7) *om. H* 8) minimo *VEG* [?] minori *Hb* 9) portare - tenetur *O* 10) semper a cunct. *Db* 11) minimo *O* 12) ceteris *O* 13) *om. H* 14) *add. B*: Ideo anuli gemmam in manus interiori parte absconsam portabunt 15) *O*; Si mulier *A* Sed *B* 16) visitatorijs *B* visitationes *H* 17) utantur-iudicia *om. B* 18) suorum *O* 19) etiam scr. *A* inscriptione *O* 20) sed et *H* 21) ratione *C* propalatione *D* probacione *H* 22) probari *CF* 23) *om. B* 24) debet *A* 25) insigniri *VZ* 26) habeant *B* 27) quod *H* 28) *VHb*; *om. TE* 29) *om. A*

secretariis manifesta, et sic semper illaesus conservabitur amor.

Capitulum[1] VIII: De regulis amoris.

Nunc[2] ad amoris regulas accedamus[3]. Regulas autem[4] amoris[5] sub multa tibi[6] conabor ostendere brevitate, quas ipse rex amoris ore proprio dicitur protulisse et eas scriptas cunctis amantibus direxisse. Nam[7] quidam Britanniae miles dum solus causa videndi Arturum silvam[8] regiam[9] peragraret[10] et ad eiusdem[11] [domini[12]] silvae fuisset interiora deductus, iuvencula quaedam mira[13] pulchritudine decorata, ornato[14] residens in[15] equo in[16] capillorum ligatura[17] inopinate sibi[18] occurrit, quam

1) *D*; Regullc amoris *A* De milite britanico qui regulas amoris ex regis arturi curia secum portauit *B om. C* De regulis amoris *EF* Ubi inuente fuerunt amoris regule et quomodo *H* Qualiter amoris Regule fuerunt inuente *Ib* (fuerint *b*) Qualiter Brito accessit ad curiam regis Arturi pro accipitre qui dicebatur sub aurea partica residere et ipsum accipitrem cum regulis amoris cuidam sue domine reportavit Britaniam *G* 2) Nunc autem *FZb* 3) *TH*; procedamus *ct.* 4) tibi *H* 5) *add. O*: Gualteri 6) *om. H* 7) *add. G*: Nam cum quidam Britanie miles a quadam domina postularet amari tale ab ea meruit audire responsum quod numquam suum posset lucrari amorem nisi prius eidem domine victoriorum reportaret accipitrem qui dicebatur in Arturij Curia super aurea pertica residere qui miles ab eadem domina accepta licencia discessit et dum solus causa videndi Arturum et pro delicto accipitre reportando siluam regiam 8) per syluam *H* regem siluam *B* 9) *BO*; reginam *A* 10) peragerat *B* 11) *om. H* 12) Regie *B om. O* 13) mire pulchritudinis *CFZb* 14) et orn. *O* 15) *om. A* 16) capillos ligando proprios *B* 17) sibi *H* 18) *VEb*; *om. A* militi *B*

miles festinanti verbo salutat[1], et[2] ipsa curiali sermone respondit[3]. Ait[4] enim puella: Quod quaeris, Brito[5], nulla poteris sollicitudine reperire, nisi nostro[6] fueris suffragatus iuvamine. — Quo audito repentino[7] coepit eam[8] rogare sermone, ut ei puella[9] narraret, ob quam causam ipse[10] veniret, et sic postea crederet, quod puella[11] dicebat. Cui iuvencula dixit[12]: Cuiusdam Britanniae dominae dum[13] postulares amorem, ipsa dixit tibi, quod[14] eius nunquam posses amorem lucrari, nisi ei[15] primitus[16] victoriosum[17] reportares accipitrem, qui[18] in Arturi[19] curia super aurea dicitur pertica residere. — Quae omnia Brito firma responsione[20] fatetur[21]. Ait[22] ergo puella: Accipitrem, quem[23] quaeris, habere non posses[24], nisi[25] primitus in Arturi palatio proeliando convincas[26], quod[27] dominae gaudes pulchrioris amore quam eorum aliquis, qui in curia, demorantur Arturi; palatium vero intrare non posses, nisi[28] primo custodibus chirothecam demonstrares accipitris. Sed chirothecam non est habere possi-

---

1) salutauit *H* 2) Cui curiali *H* 3) respondet *A*[?]*CF* puella respondit *H* 4) Ait-puella *om. O* 5) *om. H* 6) meo *H* 7) eam brito cepit *O* 8) importuno *VE* in oportuno *H* oportuno *b* 9) *om. H* 10) *om. D* 11) ipsa puella *B* ei puella *C* 12) *om. CEFb* respondit *H* 13) cum *VZ* 14) quam *A* 15) *O*; et *T* 16) prius *B* 17) *DF*; victoriosam *T* victoriosissimum *CZb* 18) *O*; que *T* 19) regis Arturi *B* arturij *CH* 20) sermonis resp. *H* 21) fateretur *H* 22) igitur puella *H* 23) quam *B* 24) potes *B* 25) nisi pallacij *H* primitus-nisi *om. H* 26) coniunctas *A* 27) quod qui in curia demorantur arturi palatium vero intrare non posses domine gaudes pulcrioris amore quam eorum aliquis et nisi primo custodibus *A* 28) et nisi *A* nisi palatij primo *VEb*

bile, nisi[1] contra duos milites pugnando fortissimòs in duplicis[2] pugnae agone[3] obtineas.

Cui Brito respondit[4]: Cognosco[5], me in hoc labore non posse proficere[6], nisi mihi vestrae[7] manus[8] auxilia porrigatis. Ideoque me vestro dominatui volo subiicere, supplici[9] a vobis orationis[10] affatu deposcens, ut vestra in hoc facto mihi iuvamina porrigatis[11], et ut de vestro mihi concedatis[12] assensu, quatenus vestrae dominationis intuitu licenter valeam amorem[13] mihi dominae pulchrioris adscribere[14].

Cui iuvencula dixit: Si tanta tibi esset cordis audacia, ut ea, quae diximus, non timeas perscrutari, posses a nobis, quod[15] postulas, impetrare. — Cui Brito respondit: Si mihi volueritis[16] postulata concedere, omnia mihi successus prosperitatis optata[17] cognoscerem[18].

Cui iuvencula dixit[19]: Sit ergo, quod quaeris, tibi plenaria[20] securitate largitum[21]. — Sic[22] tandem ei[23] osculum porrexit amoris et equum illi, super quo residebat, exhibuit atque subiunxit. — Hic equus[24] ad omnia te optata loca[25] perducet; te autem oportet sine omni[26] trepidatione proce-

---

1) nisi primo *O* 2) duplici *H* 3) agitacione *H* 4) *om. Hb* 5) cogn. igitur *VZ* cogn. ergo *b* 6) *O*; perficere *T* 7) vestras *B* uestra *CFZb* 8) *om. CFZb* 9) simplici *A om. H* supplici *ct.* 10) *om. H* 11) concedatis *B* 12) tribuatis *B* 13) amoris *OG* 14) *add. VEGb*: nomen 15) que *CEFb* 16) uolueris *D* 17) opt. esse *B* 18) *T*; cognoscent *VH* cognosceret *E* 19) *om. CEFb* respondit *H* 20) plena *VHb* plurima *E* 21) concessum *B* 22) Eidem et osc. *H* 23) et *O* 24) *om. CFZb* 25) *om. B* 26) omni mora trep. *H*

dere ac tibi repugnantibus cum audacia summa resistere. Hoc autem[1] studeas diligenti[2] memoria conservare[3], ut de duobus prioribus, qui chirothecam defendunt[4], assumpta victoria ab eis chirothecam non accipias, sed eam[5] tu ipse ex aurea columna pendentem accipias; alias enim in proelio non posses palatii obtinere nec, quod desideras, adimplere.

Quibus ita peractis sua Brito induit arma et[6] commeatu accepto coepit deambulare per silvam[7]. Tandem[8] per agrestia[9] nimis atque ferocia[10] loca decurrens ad fluvium quendam[11] devenit[12], qui mirae latitudinis atque[13] altitudinis erat unda profundus, et[14] cuius prae nimia sublimitate[15] riparum cuilibet denegabatur[16] introitus. Iuxta ripae tamen extrema[17] diutius ambulando devenit ad pontem, qui tali erat forma compositus. Pons quidem erat aureus et in duabus utrinque[18] ripis[19] capita tenens; medium vero pontis residebat in aqua et saepius vacillando procellarum videbatur[20] unda submersum[21]. Ab illo[22] autem capite, unde Britonis erat accessus, miles quidam[23] residebat in[24] equo, qui ferocis erat aspectus. Quem Brito urbano satis

---

[1]) Hec tamen *H* hoc tamen *VEb* [2]) cum dil. *B* [3]) reseruare *H* [4]) def.-chiroth. *om. A* [5]) eum *AD* alias enim-adimpl., nisi tu ipse-acc. *H* [6]) *om. A* [7]) siluas *B* [8]) et tandem *BF* [9]) angustiosa *B* [10]) ferarum *O* [11]) *om. O* [12]) venit *H* [13]) atque-erat *om. H* erat atque alt. *VEb* erat et *B* [14]) *om. B* [15]) subtilitate *H* [16]) denegatur *O* [17]) *om. D* [18]) utriusque *BH* [19]) ripis utriusque finis *B* ripis partibus *Zb* [20]) pons videb. *B* [21]) *DFZ*; submersus *ABCb* [22]) alio *A* [23]) *om. H* [24]) in equo *om. H*

verbo salutat[1], sed[2] ipse resalutare[3] Britonem[4] contempsit. Ait enim: Quid quaeris, armate Brito, ex tam longinquis partibus absens?

Cui Brito respondit: Fluvium per pontem transire laboro.

Cui pontanus ait: Immo quaeris mortem, quam nullus hic potuit[5] extraneus evitare. Si tamen retro[6] velis abire armaque cuncta dimittere, tuae iuventuti misericorditer indulgebo, quae te in aliorum rura[7] et extranea regna improvida simplicitate deduxit.

Cui Brito respondit: Si arma deponerem[8], nulla tibi foret[9] digna[10] victoria laude[11], si[12] armatus repellas[13] inermem; sed[14], si armato poteris transitum[15] prohibere communem, tunc[16] gloriosa[17] esset[18] tibi victoria iudicanda. Nam, si pacificus mihi non patuerit pontis ingressus, viam aperire non nisi gladio[19] conabor. -- Pontanus vero hoc audiens[20], quod iuvenis gladio transitum postulabat, coepit fremere dentibus et magno[21] furore versari[22] et[23] ait: Male huc te, iuvenis[24], Britannia misit, quia in hac solitudine gladii morte peribis, nec tuae unquam dominae huius regni scies redicere nova. Heu tibi, miser Brito, qui[25] non es veritus ad[26] feminae cuiuscunque[27] svasum

---

1) salutauit *H* 2) et *H* 3) salutari *H* 4) *om. O* 5) pot. unquam *D* 6) recto *CD* 7) iura *O* 8) ponerem *H* 9) esset *O* 10) *om. BZ* 11) laudanda *B om. H* 12) cum *B* 13) repelleres *B* 14) Sed etiam si *D* 15) pontis transitum *CEFb* 16) *om. Z* 17) gloria *A* 18) tibi erit *H* 19) gladio mediante *CDZb* 20) audito *O* 21) immani *C* in ani *D* nimio *Eb* in manu *F* maxime *H* 22) uexari *O* 23) Ayt enim *B* 24) iuuenis unicum *Cb* iuuen. unicus *EF* iuuen. amicum *H* 25) quia *Z* 26) de *E* a *FH* 27) certumque *FZ* certum *b*

tuae mortis appetere loca—, et cogens contra Britonem calcaribus equum ipsum[1] acuto coepit impetere gladio et crudeli verberatione concutere, quin[2] etiam[3] Britonis clipeo vehementer alliso per eius lateris[4] carnem sibi viam gladius transeundo[5] peregit binas[6] etiam plicas loricae[7] confringens, sicque sanguis[8] coepit[9] abundanter vulneris emanare[10]. Iuvenis vero vulneris[11] dolore pertactus[12] versus pontis militem lanceae direxit[13] acumen[14] et eius[15] acriter pugnando perforavit intrinseca et ipsum ex equo turpiter[16] prostravit in herbam. Cui quum vellet caput Brito[17] penitus amputare, humillima[18] utens prece[19] pontanus veniam a Britone meruit impetrare quaesitam. Ex altera vero fluminis parte quidam stabat immensae magnitudinis homo, qui, quum[20] vidisset pontanum a Britone superari et eundem Britonem[21] pontis transitum cerneret ascendisse[22], pontem [scilicet[23]] aureum tanta coepit fortitudine agitare, quod saepissime sub[24] aquis[25] non poterat apparere submersus. Brito vero plurimum[26] super equi bonitate confisus in pontis transitu[27] viriliter procedere non desistit, qui post multi[28] laboris angustias

---

1) ipsum que *A* 2) qui *omn.* 3) *O*; *om. T* 4) lacerti *E* 5) transiendo *A* 6) *om. H* 7) *O*; *om. T* 8) sanguinis *Z* 9) coep. ab. *om. B* 10) eman.-vuln. *om. B* 11) *om. CZ* 12) *VZ*; pertractus *T* peractus *b* 13) *O*; duxit *T* 14) *O*; acutum *T* 15) eum *H* 16) *om. H* 17) Br. pen. *om. H* 18) humilius *H* 19) deprecatione *O* 20) dum *H* 21) *om. C* 22) abscondisse *D* 23) *om. O* 24) *om. B* pons sub *O* 25) equus poterat apparere subm. *B* 26) perplurimum *DFH* 27) transitum *H* 28) *om. H*

plurimasque submersiones[1] per equi conamina[2] tandem[3] est ad[4] pontis extrema deductus ibique pontis agitatorem suffocavit[5] in aqua[6] et sibi[7] proprii lateris, prout melius potuit[8], vulnera[9] colligavit[10].

Post haec[11] Brito per prata coepit equitare pulcherrima et post decem stadiorum iter in pratum devenit amoenum, ubi omnia florum genera redolebant. In hoc autem prato erat palatium mira dispositione compositum, rotundum[12] scilicet et omni formositate decorum. Ex nulla tamen palatii parte potuit conspicere portam vel habitatorem[13] quemcunque[13] videre; ac[14] in eisdem pratis mensas invenit argenteas et super[15] illis omnia ciborum potusque[16] genera praeparata et albissimis circumventa[17] gausapibus. In eodem vero[18] prato iucundo[19] concha[20] residebat argenti purissima, in qua sufficienter equi potus et pabula consistebant. Equo igitur ad pastum appulso omni palatium circuivit ex parte; sed, quum domus ingressum indiciis nullis posset agnoscere locumque cerneret penitus habitatione[21] vacare, edendi appetitus † inequitate[22] compulsus[23] ad mensam accessit

---

1) sui submers. *D* 2) iuuamina *H* 3) tamen *H* 4) *om. H* 5) captum suffoc. *O* 6) *O*; aquam *T* 7) *om. H* sibi ipsi *B* 8) poterat *B* 9) *om. C* 10) collocauit *CFHb* 11) hoc si *H* 12) rot. scil. *om. CFZb* 13) *O*; habitationem quamcunque *T* (quacunque *A*) 14) Sed et in *CZ* Sed in *DF* 15) *O*; sub *T* 16) ac potuum *B* 17) circumfulta *VEb* circumfulsa *H* 18) quoque *VEb* modo *H* 19) *D*; rotondo *AZ* rotonda *B om. C* iocunda *Fb* 20) genta *H* 21) habitatore *CD* 22) in equitate *A* in quietate *B* inequitatione *O* [*legendum videtur*: iniquitate] 23) impulsus *H*

et inventum avidissime coepit assumere cibum. Et statim adhuc modico [tempore[1]] ab eo[2] comestionis assumpto porta velociter est aperta palatii, quae sui apertura conquassatione tanta resonuit, quod quasi tonitrua videbantur ex propinquis partibus orta, et confestim per eandem exiit portam homo quidam staturae[3] similis giganteae[4] cuprinam ponderis immensi clavam manibus gestans, quam velut festucam sine labore[5] corporeis[6] instrumentis agitabat; qui etiam discumbenti[7] iuveni dixit: Quis tu tantae praesumptionis homo[8], qui ad haec[9] regia[10] veritus non es accedere loca[11], et in regia mensa militum tam[12] audacter et irreverenter stipendia[13] sumis[14]?

Cui Brito respondit: Cunctis abundanter regia[15] debet esse exposita mensa[16], nec cibum regiumque[17] potum decet alicui denegari. Nam et mihi licet de stipendiis, quae militibus sunt parata[18], praesumere, quia militaris sola me[19] cura detentat, meque per has partes militaris[20] labor exagitat. Duplici ergo ratione inurbane conaris regiam[21] mihi contradicere mensam.

His ostiarius ita respondit: Licet ista sit regia mensa, non tamen in ea decet, discumbere quem-

---

[1]) mod. tempore *A* modicum *H* [2]) ab eo *om. CFH* [3]) statura *H* [4]) gigantis *B* giganti *F* gygante *H* [5]) laboribus *H* [6]) corp. instr. *T* manibus *Vb* veribus *E om. H* [7]) discumbens *H* [8]) *om. H* [9]) hoc *H* [10]) regna *A* regia *B* regum *V* regnum *Z* [11]) *om. H* [12]) *om. D* [13]) *om. B* [14]) sedes *B* [15]) regis *O* [16]) *om. H* [17]) regumque *H* [18]) preparata *E* aperta *H* [19]) victoria detentat *H* [20]) mil. tantum *O* [21]) regina *A* regis *H*

quam[1] nisi[2] illos, qui huic sunt palatio deputati, qui etiam neminem ulterius transire permittunt, nisi primitus pugnam cum palatii custodibus committat et vincat. Nam, si aliquis hic pugnando succumbit[3], nullum sibi posset[4] esse remedium. A mensa ergo resurgens[5] ad propria remeare festina vel ultra pugnando transire[6] ac[7], quae tui causa fuerit adventus, mihi veraciter indicare[8].

Cui Brito ait[9]: Ego quidem chirothecam quaero accipitris, et haec[10] fuit mei[11] adventus occasio. Chirotheca vero[12] accepta[13] ulterius transire[14] contendo[15] et in Arturi[16] curia accipitrem victor[17] assumere. Ubi est[18] dictus[19] palatii custos ad ulteriora[20] mihi loca contradicturus accessum?

Ostiarius vero respondit: O stulte[21]! Quanta te ducit[22] insania, Brito! Prius enim mortuus decies reviviscere[23] posses quam ea[24], quae asseris, obtinere[25]. Et ego quidem sum ille palatii custos, qui tua te faciam penitus opinione frustrari et tua[26] iuventute Britanniam viduari[27]. Tanta enim sum fortitudine potens, quod vix ducenti meliores[28] Britanniae milites[29] possent[30] irato mihi resistere.

---

1) quemcunque *H* 2) sed. illos tantum *B* 3) succumbat *O* 4) uite posset *VEb* 5) resurge *B* 6) transire oportet *B* 7) ac que tui *DFH*; atque tui *AC* Et que tui *BEb* 8) indica *B* 9) sic ait *BZ* 10) hoc *A* hic quidem *H* 11) nostri *A* 12) *om. CFZ* 13) accepto *AD* 14) *om. Z* 15) intendo *B* 16) arturij *AC* 17) assumere nitor *H* 18) est igitur *B* est ergo *VEb* 19) *CFZb*; dicti *TD* 20) *VEb*; altiora *T* ultiora *H* 21) fatue *O* 22) deducit *H* 23) reminiscere *Z* 24) ista *O* 25) obt. valeres *B* 26) in tua *H* 27) *VEb*; viduare *TH* 28) milites *H* 29) *om. H* 30) possint *E* possunt *H*

Cui Brito respondit: Quamvis te asseras[1] multa[2] fortitudine[3] potentem, tamen tecum[4] cupio committere pugnam, ut cognoscere[5] valeas, quales producit[6] Britannia viros; licet non congruat, militem cum pedite proeliari.

Huic ostiarius ait: Video, quod tuae fortunationis[7] eventus ad haec te loca voluit adducere morti, ubi plus quam mille[8] mea[9] dextra trucidavit. Et licet non militantium sim[10] numero deputatus, tecum tamen cupio equitante[11] pugnare, quia, si peditis virtute succumbes[12], non immerito crederis qualis qualis[13] militis audacia[14] superandus[15].

Cui Brito sic ait: Absit, quod unquam eques cum pedite certem; nam[16] peditem quemque[17] decet cum pedite[18] committere pugnam —, et arma sumens viriliter in obstantem irruit[19] hostem, cuius clipeum ensis[20] ictu modica laesione damnavit. Palatii vero custos multam[21] incitatus[22] ad iram exigua Britonis statura contempta[23], tanta[24] aëneam clavam ferocitate vibravit, quod Britonis clipeus vi penitus est concussionis[25] attritus, atque Brito fuit[26] magno timore[27] perterritus.

---

1) asseris *H* 2) *om. H* 3) virtute *O* 4) totum *D om. H* 5) agnoscere *O* 6) ducit *B* producat *DF* 7) fortitudinis *GIb* 8) mille uiros *DF* 9) mea iam *CEb* mea manus *F* 10) sum *H* 11) *O*; equitate *T* 12) *AE*; succumbas *BHb* succumbens *V* 13) *DF*; *om. TCEb* equalis *G* qualis sit *H* 14) aud. possit *B* 15) superari *B* 16) nec *B* 17) *CDZb*; quemquam *T* quemcunque *F* 18) *O*; milite *T* 19) corruit *CFZb* 20) sui ensis *BVb* sui *Z* 21) *D*; multum *T om. CFZb* 22) concitatus *O* 23) contentus *H* 24) tantam *H* 25) concussione *H* 26) *om. B* 27) *O*; tremore *T*

Cogitans vero custos Britonem ictu secundo perimere feriendi causa iterum arma levavit in altum. Sed, antequam arma in Britonem reprimere[1] posset[2], velocissime[3] Brito et occulto ingenio ense[4] custodem in brachio repercussit, eius[5] dextram amputatam[6] simul cum clava emisit in terram[7], et, quum eum penitus interimere vellet, exclamavit custos et[8] ait: Numquid te solum inurbanum[9] militem dulcis Britannia duxit, quoniam[10] victum[11] gladio perimere quaeris[12]? Nam, si meae volueris parcere vitae, quod quaeris, modico te[13] faciam labore lucrari, ac sine me nil[14] poteris impetrare.

Cui Brito ait: Vitam tibi, ostiarie, indulgebo, si id[15], quod promittis, volueris adimplere.

Ait ergo[16] custos: Si modicum exspectare velis, chirothecam tibi festinanter[17] dabo accipitris.

Cui Brito respondit[18]: Latro[19] hominumque[20] deceptor! Nunc veraciter agnosco, quod me decipere quaeris[21]. Si[22] tuam cupis igitur[23] defendere vitam, locum mihi[24] studeas[25] solummodo indicare, ubi vestra[26] chirotheca reponitur.

Custos vero Britonem in palatii secreta[27] de-

---

1) imprimere *B* 2) potuit *B* 3) uelocissimo *BDZ* 4) ense-reperc. (percussit *CFZb*) *O*; ensem in custodis brachio rep. (brachium *B*) *T* 5) sic quod eius *B* 6) amputata *H* 7) herbam *O* (herba *H*) 8) et ait *om. C* 9) et inurb. *CZ* 10) qui *VHb* quod *E* 11) mecum *H* 12) velles *Z* 13) *om. Hb* 14) nichil penitus *CZb* 15) *om. O* quod prom. *C* que prom. *DFZb* 16) ei *D* 17) *om. O* 18) dixit *VE* ait *H* *om. b* 19) Haa latro *O* 20) hominum deceptor *CFZb* 21) uelis *VEb* vis *H* 22) Sed si *B* 23) *om. B* ergo *Zb* 24) *om CFZb* 25) solummodo indicare labora *B* 26) *CZb*; uester *ADF* nostra *B* 27) secretiora *CDEb* secretoria *F* secretaria *H*

duxit, ubi aurea columna pulcherrima residebat, quae universam palatii congeriem sustinebat, in qua etiam quaesita[1] chirotheca pendebat. Qua[2] viriliter apprehensa[3] et in sinistra manu[4] firmata[5] ingens rumor, ululatus et clamor nemine viso per singulas palatii partes resonare coepit: Heu, heu, nobis invitis[6] hostis victor cum praeda recedit.

Et[7] egressus de palatio stratum[8] ascendit equum arreptoque[9] itinere ad amoenitatis loca devenit, ubi alia erant prata pulcherrima omnique ornata decore, in quibus[10] palatium aureum consistebat[11] optima dispositione compositum. Erat enim palatii longitudo cubitorum sexcentorum, latitudo vero ducentorum. Tectum autem et exteriora cuncta palatii erant argentea, interiora vero aurea quidem[12] omnia et pretiosis[13] ornata lapidibus. Palatium etiam variis multum erat receptaculis distinctum. In digniori vero parte palatii in aureo throno rex sedebat[14] Arturus[15], et circa eum residebant dominae pulchriores, quarum mihi non potuit esse numerus manifestus, et[16] stabant coram eo milites multi[17] et[18] decori aspectus. In ipso[19] namque[20] palatio[21] erat aurea pertica pulchra ni-

---

1) quesitus *A* 2) Quo *AVE* qua *BHb* 3) apprehenso *ADF* 4) sinistro latere *C* *om. DFH* sinistro brachio *Eb* 5) *BH*; firmato *ct.* 6) inuictis *AD* inv. hostis *om. B* inuitis *CFZb* 7) *om. H* 8) statim *BDb* 9) arrepto *FH* 10) in qu. erat *O* 11) *om. O* 12) quid. erant *VE* erant *H* 13) preciosa *H* 14) residebat *D* 15) Art.-resid. *om. D* 16) Adstabant et coram *O* 17) infiniti *CZb* 18) *om. DF* et decoris asp. *C* 19) ipsius *H* 20) uero *P om. C* 21) palatij ingressu *O*

mis atque formosa[1], in qua optatus[2] residebat accipiter, et[3] ibi prope duo canes accipitris ligati iacebant. Sed, antequam ad praedictum posset devenire[4] palatium, obstabat antemurale[5] quoddam munitissimum ad palatii † nituram[6] adstructum[7], ad cuius custodiam milites erant duodecim[8] fortissimi deputati, qui neminem ulterius pertransire sinebant[9], nisi chirothecam demonstraret[10] accipitris, vel nisi gladio pugnando vellet assumere[11] viam. Quos quum vidisset Brito, chirothecam eis festinanter ostendit accipitris[12]. Qui ei aperto itinere dicunt: Haec quidem[13] via non est tuae vitae salubris sed penitus[14] inductiva doloris. — Brito autem quum ad interiora palatii pervenisset[15], regem salutavit Arturum. Qui, quare venisset, diligenter a militibus interrogatus[16] dixit[17], se causa reportandi[18] accipitrem accessisse. Cui unus de militibus curiae ait: Ob quam causam accipitrem accipere[19] quaeris? Cui Brito respondit[20]: Quia dominae gaudeo pulchrioris amore[21] quam aliquis istius curiae miles. — Cui ille[22] respondit: Ergo, ut[23]

---

[1]) decora *C* [2]) optata *B* [3]) et prope eam duo *B* et ibi prope canes duos *C* et ibi prope perticam *I* et ibi prope accipitrem *G* [4]) deuen. brito *B* peruenire *CEFb* perueniri *D* uenire *H* [5]) anumerabile *B* muras *C* mirabile edificium *G* [6]) nituram *A* iuncturam *B* tutamen *CDZ* turrim *F* tutelam *b* [7]) *VE*; astrictum *Tb* astratum *H* [8]) undecim *H* [9]) permittebant *B* [10]) demonstrat *A* [11]) accipere *B* [12]) *om. B* [13]) quidam uia *D* quedam vie *H* [14]) tui penitus *O* [15]) deuenisset *H* [16]) requisitus *O* [17]) Brito dixit *B* [18]) *D*; deportandi *C* portandi *ct.* [19]) capere *O* [20]) *om. Bb* Cui-resp. *om. C* [21]) amorem *H* [22]) miles ait *O* [23]) antequam *B*

accipitrem valeas reportare, primo te oportet istud, quod asseris, pugnando tueri. — Et ait Brito: Libenter! Et clipeo competenti Britoni[1] praeparato, armati[2] ambo constituti[3] sunt intra palatii munimina, et[4] compulsis[5] calcaribus[6] equis[7] sibi invicem vehementer occurrunt et confractis clipeis lanceisque disruptis sibi gladiis repugnando[8] resistunt ac ferri[9] vestimenta conscindunt. Post diutinam[10] ergo luctam[11] palatii miles bino Britonis ictu summo ingenio in capite sine intermissione percussus tanta coepit oculorum turbatione[12] gravari, quod nihil poterat penitus visu percipere. Quod persentiens[13] Brito insultum audacter[14] et velociter fecit in[15] eum atque[16] victum ipsum prostravit de equo. Et apprehenso[17] accipitre simulque et[18] canibus aspiciens vidit chartulam conscriptam, quae aurea catenula praedictae inhaerebat[19] perticae colligata, de qua quum[20] diligenter exquireret, tale promeruit audire responsum: Haec[21] est[22] [enim[23]] chartula[24], in qua regulae scribuntur amoris, quas[25] ipse amoris rex ore[26] proprio amatoribus[27] edidit. Hanc[28] te asportare[29] oportet et

1) *om. H* bruto inpreparato *C* brito imperato *F* 2) *om. H* 3) preparati *A* parati *BG* sunt constituti *O* 4) *BO*; *om. A* 5) equi calc. compulsi *B* compulsi calc. equis *b* 6) *om. H* 7) equi *A om. B* 8) pugnando *B* oppugnando *O* 9) ferro *B* 10) diuturnam *BDF* 11) luctantiam *D* 12) perturbatione *CFZb* 13) percipiens *H* 14) audacem *D* 15) in eum *om. H* 16) ad quod ipsum pr. victum *H* 17) apprehensa *B* 18) *om. BZ* cum *Vb* 19) adherebat *B* 20) dum *B* 21) hanc *O* 22) etiam *O* 23) *om. O* 24) cartulam *C* cartam *DFZ* chartam *b* 25) quas etiam *O* 26) ore pr. *om. O* 27) cunctis amat. *CZb* 28) *om. O* 29) *VEb*; aportare *A* apportare *B* portare *H*

regulas[1] amantibus indicare, si pacificum volueris accipitrem reportare. — Qua etiam sumpta et abeundi curialiter accepta licentia ad silvae dominam modico temporis spatio sine alicuius[2] contradictione reversus est. Quam in eodem quidem nemoris loco repperit[3], in quo primitus eam[4] ambulando dimisit[5]. Quae quidem de accepta victoria non mediocriter gaudens Britonem abire dimisit[6] et ait: De licentia mea recede[7], carissime, quia dulcis te Britannia quaerit. Rogo tamen, ne gravis tibi videatur abscessus[8], quia quandocunque ad haec volueris solus[9] accedere loca[10], me semper poteris habere praesentem. — [Qui[11] osculo assumpto atque ter decies repetito Britanniam versus gaudens iter direxit amoenum. Postmodum vero regulas, quae in charta reperiuntur[12] adscriptae[13], conspexit, et eas iuxta superioris responsi tenorem cunctis amatoribus[14] divulgavit.] Sunt[15] autem regulae tales[16]:

---

1) eas *O* 2) aliquibus contradictionibus *H* 3) reperijt *AVH* 4) *om. H* 5) dimiserat *O* 6) permisit *H* 7) recedens *C* recedas *FZb* 8) *CDHb*; absensus *A* recessus *B* accessus *EF* 9) *om. CFZb* 10) *om. H* 11) Qui-divulgavit *T om. ct.* 12) scripte *B* 13) reperiebantur *B* 14) amantibus *B* 15) Videamus ergo regulas que in carta reperiuntur ascripte sunt autem *C* de regulis amoris. Videamus ergo regulas amoris, que in carta reperiuntur ascripte Sunt autem *DEF* (*om.* amoris *EF*) 32 regule amoris ponite. Videmus ergo regulas amoris que in capite reperiuntur ascripte etc. Sunt autem *G* Que et quot sunt Regule amoris. *V*Ideamus ergo regulas que in carta reperiuntur. Sunt autem *H* Iste sunt regulae Amoris. Videamus ergo regulas quae in charta reperiuntur ascriptae. Sunt autem *b* 16) *add. A*: Regulle sunt hec

I. Causa coniugii ab amore non est excusatio recta.

II. Qui non zelat[1], amare non potest.

III. Nemo duplici potest amore ligari[2].

IV. Semper[3] amorem[4] crescere vel minui constat[5].

V. Non est sapidum, quod amans ab invito sumit coamante[5].

VI. Masculus non solet nisi plena pubertate amare.

VII. Biennalis viduitas pro amante defuncto superstiti praescribitur amanti.

VIII. Nemo sine rationis excessu suo debet amore privari.

IX. Amare nemo potest, nisi qui[6] amoris svasione compellitur.

X. Amor semper consvevit ab avaritiae[7] domiciliis[8] exsulare[9].

XI. Non decet amare, quarum pudor est nuptias affectare.

XII Verus amans alterius nisi sui[10] coamantis ex affectu non cupit amplexus.

XIII. Amor raro consvevit durare vulgatus[11].

XIV. Facilis perceptio contemptibilem reddit amorem, difficilis[12] eum carum facit haberi.

XV. Omnis consvevit amans in coamantis aspectu pallescere.

---

[1]) celat *VZ* [2]) largiri *H* [3]) Semper-coamante *om. B* [4]) amor *CZ* [5]) potest *CZ* [5]) amante *O* [6]) quod *CZb* [7]) auaricijs *H* [8]) domibus *B* [9]) exulari *BH* [10]) sue *Db* [11]) diuulgatus *H* [12]) *In CEF verba q. s.* diff.- haberi *a prioribus intervallo separantur.*

XVI. In repentina[1] coamantis visione cor[2] contremescit amantis[3].

XVII. Novus amor veterem compellit abire.

XVIII. Probitas sola quemque[4] dignum facit amore.

XIX. Si amor minuatur, cito deficit et raro convalescit.

XX. Amorosus[5] semper est timorosus.

XXI. Ex vera zelotypia[6] affectus semper crescit amandi.

XXII. De coamante suspicione percepta zelus[7] et affectus crescit amandi.

XXIII. Minus dormit et edit, quem[8] amoris cogitatio vexat.

XXIV. Quilibet amantis[9] actus in coamantis cogitatione[10] finitur.

XXV. Verus amans nil bonum[11] credit nisi, quod cogitat[12] coamanti[13] placere.

XXVI. Amor nil posset[14] amori denegare.

XXVII. Amans coamantis solatiis satiari non potest.

XXVIII. Modica praesumptio cogit amantem de coamante suspicari sinistra.

XXIX. Non solet amare, quem nimia voluptatis abundantia vexat.

---

[1]) In rep. quoque *CI* [2]) *om. EGH* [3]) amans *EGH* [4]) quemcunque *H* [5]) amoros.-timoros. *om. B* [6]) *CDEGb*; zelotopia *AFHI* zelopina *B* [7]) zelus inde *V* zelet inde *Z* De-amandi *om. Gb* [8]) quam *D* [9]) coamantis *A* Quilib.-finitur *om. I* [10]) cognitione *E* [11]) beatum *O* [12]) cogitet *VEb* [13]) *ADF*; amanti *ct.* [14]) potest *B*

XXX. Verus amans assidua sine intermissione coamantis imaginatione[1] detinetur.

XXXI. Unam feminam nil prohibet a duobus amari et a duabus mulieribus unum[2].

Has autem regulas, ut[3] dixi, secum Brito praefatus adduxit et ex parte regis amoris illi dominae, pro cuius amore tantas[4] fuerat[5] passus angustias cum ipso repraesentavit accipitre. Quae etiam[6] ipsius militis agnita[7] fide plenaria[8] ac eiusdem[9] strenuitatis audacia plenius intellecta labores illius suo remuneravit amore, et curia dominarum plurimarum atque militum convocata[10] regulas praedictas patefecit amoris et eas singulis amantibus sub[11] regis amoris[12] interminatione[13] firmiter conservandas[14] iniunxit. Quas quidem universae curiae plenitudo suscepit et sub amoris poena in perpetuum conservare promisit. Singuli etiam, qui ad curiam vocati[15] convenerant, regulas iam dictas in scriptis reportaverunt et eas per diversas[16] mundi partes cunctis amantibus[17] ediderunt[18].

[1]) ymagine *D* [2]) *om. H*; *in B regula amoris, quae est XIV, non nisi post XVII^am^ legitur. In G hic est ordo: I, II, V, VI, III, IV, VII — XIV, sequitur pars ulterior XIV^ae^, deinde XV—XXI; deest XXII; reliquae eundem ordinem servant ac supra* [3]) ut d. *om. O* regulas *om. H* [4]) tanta *Z* [5]) fuerit *AGb* [6]) domina *B* [7]) *O*; habita *T* [8]) *om. O* [9]) eius *Hb* [10]) conuitata *H* [11]) *om. B* [12]) *BVb*; *om. A* amore *Z* [13]) precepto *B* [14]) seruandas *O* [15]) conuocati *BE* [16]) diuersi *B* [17]) amatoribus *A* [18]) transmiserunt *B*; *add. A*: Explicit liber acquirendi amoris hic; *F*: Explicit liber . II . de remedio amoris. Incipit tertius de contemptu amoris; *H*: Finitis capitulis tertie partis Incipit Quarta pars et ultima que est de fuga Amoris; *Cod. Vindob.*: Et sic est finis Deo laus et gloria trinis. Sequitur liber de reprobatione amoris ad Gualterium.

Liber[1] tertius:
De reprobatione amoris.

Si haec[2] igitur, quae ad nimiam tuae petitionis[3] instantiam[4] vigili cogitatione[5] conscripsimus, Gualteri[6] amice[7], attenta curaveris[8] aure percipere, nil tibi poterit in amoris arte deficere. Nam propter nimiae dilectionis affectum tuis penitus cupientes[9] annuere[10] precibus confertissimam plenamque amoris doctrinam in hoc tibi libello edidimus. Quod nos ideo fecisse cognoscas, non quod amare tibi vel alicui hominum[11] expedire credamus, sed ne nostram in aliquo valeas arguere tarditatem; immo totam illius credimus deperire[12] utilitatem,

---

[1]) Incipit liber remedij seu derelinquendi amorem *A* Liber de reprobatione amoris *B* Caput ultimum de reprobatione amoris. quod est multum nobile et utile cuique *D* Incipit liber de reprobatione amoris *G* Primo fugiendus est amor quia est contrarius diuino mandato *H* De amoris reprobatione et quare amor mulierum sit euitandus *I* Tractatus de amoris reprobatione cum prima ratione contra amorem *b* [2]) *om. B* Si haec *om. CFZb* [3]) mentis *H* [4]) constanciam *H* [5]) mente *CFZb* [6]) Gualterij *A* [7]) uenerande amice *O* (am. *om. E*) am. karissime *G* [8]) si uolueris *CFZ* [9]) cupiens *H* [10]) abnuere *D* innuere *H* uiuere *F* [11]) homini *B* [12]) penitus deperire *CD* deperire penitus *FH*

qui suos in amore labores expendit. Taliter igitur[1] praesentem lege libellum[2], non quasi per ipsum quaerens amantium tibi[3] assumere vitam, sed ut eius[4] doctrina refectus et mulierum[5] edoctus ad[6] amandum animos provocare[7] a tali[8] provocatione[9] abstinendo praemium consequaris aeternum et maiori ex hoc apud Deum merearis[10] munere gloriari. Magis enim[11] Deo placet, qui opportunitate non utitur concessa peccandi, quam cui delinquendi non est attributa potestas.

Sapiens ergo quilibet amoris[12] cunctos pluribus[13] ex causis actus[14] tenetur abiicere et eius semper[15] obviare[16] mandatis et imprimis[17] ea[18] scilicet[19] ratione[20], cui nulli resistere fas est. Nullus enim posset[21] per aliqua benefacta Deo[22] placere, quousque voluerit amoris inservire ministeriis[23]. Odit namque Deus et utroque iussit testamento puniri, quos[24] extra nuptiales actus[25] agnoscit Veneris operibus obligari vel quocunque voluptatis genere detineri. Quod[26] ergo bonum ibi poterit inveniri, ubi[27] nihil nisi contra Dei geritur[28] voluntatem? Heu, quantus inest dolor, quantave nos cordis amaritudo detentat, quum dolentes assidue

---

1) ergo *Bb* enim *CE* 2) tabellam *b* 3) *om. Z* 4) per eius doctrinam *B* 5) mulieris *H* 6) *O*; *om. A* ad am. *om. B* 7) valeas prov. et tu *B* 8) talibus *B* 9) *om. B* 10) valeas *B* 11) *om. H* 12) amores *BH* 13) pl. ex causis *om. CFZb* 14) *om. BZ* 15) nunquam *CFZb* 16) obedire *CFZb* 17) *om. Z* 18) in ea *A om. CE* si ea *H* 19) *om. BFZ* 20) tibi ratione hoc ostenditur *B* 21) potest *B* 22) *om. H* 23) misterijs *O* 24) quis *H* 25) *om. CFZb* 26) Quid *BEb* 27) *O*; *om. T* 28) geratur *B*

cernimus[1] propter turpes et[2] nefandos Veneris actus hominibus[3] coelestia denegari! O miser[4] et insanus ille[5] ac[6] plus quam bestia reputandus[7], qui pro momentanea carnis delectatione gaudia derelinquit aeterna et[8] perpetuae[9] gehennae flammis[10] se mancipare laborat! Cernas ergo, Gualteri[11], et acuto mentis disquiras ingenio, quanto sit praeferendus honore, qui coelesti rege contempto eiusque neglecto mandato pro mulierculae cuiusdam affectu antiqui hostis non veretur se vinculis alligare. Nam, si voluisset Deus sine crimine[12] actus fornicationis[13] exerceri, sine causa praecepisset[14], matrimonia celebrari, quum magis per illum modum quam per matrimonia Dei posset populus multiplicari[15]. Cuiuslibet igitur[16] hominis satis est admiranda stultitia, qui pro vilissimis Veneris † amplectendo[17] terrenis hereditatem amittit aeternam, quam ipse Rex coelestis cunctis hominibus proprio sanguine recuperavit amissam. Immo ad summam scimus verecundiam pertinere viventis[18] et Dei omnipotentis iniuriam, si carnis illece-

---

[1]) cernamus *B* cernimus hominibus *CFZb* [2]) et nef. *om. CFZb* [3]) *om. CFZb* [4]) quam miser ac vesanus *B* [5]) *om. H* [6]) immo *D* [7]) reput. est *B* [8]) et-laborat *om. H* [9]) semper eterne *B* [10]) *O*; flatus *A* flatibus *B* [11]) Gualterij *AF* [12]) certamine *D* sine cr. *om. FZb* [13]) fornicatorios *B* fornicarios *CDEb* [14]) precep. dominus *CEFb* dom. non pr. *Db* pr. deus *H* [15]) augmentari *B* [16]) *om. A* [17]) amplexibus et terrenis solatiis momentaneis hereditatem *B* [*error hic aliquis latet; omnes autem cdd. excepto B consentiunt* [*ACDEFHI*]; *additur in b:* gaudiis] [18]) nobis et ad viuentis ac dei *B* iuuentutis *O*

bras[1] et corporis voluptates secutus[2] ad Tartareos iterum laqueos elabatur[3], ex quibus laqueis pater ipse[4] coelestis semel[5] eum[6] unigeniti filii sui sanguinis effusione salvavit[7].

Praeterea constat, amatoribus rationem quoque obstare secundam. Nam ex amore proximus laeditur[8], quem ex mandato divino quisque tanquam se ipsum iubetur[9] diligere. Immo et sine legis iussu mundana[10] scilicet[11] inspecta[12] utilitate proximos[13] amare tenemur[14]; nemo enim[15] modico etiam[16] tempore proximorum posset necessitate carere[17].

Tertia quoque ratio amorem cunctis evitare svadet. Nam exinde[18] unus ab altero divertitur amicus, et inimicitiae inter[19] homines capitales insurgunt, nec non et homicidia malave multa[20] sequuntur. Nullus enim tanto dilectionis alicui vel amicitiae vinculo colligatur, si cognoverit, ipsum pro suae uxoris vel filiae vel propinquae instanter esse amore sollicitum, quin[21] statim contra[22] ipsum incipiat[23] odii livore moveri et indignationis

---

[1]) illecebrosas *CFZ* [2]) secuti *B* [3]) labarum *B* [4]) ille *B* [5]) *om.* *B* simul *CFZ* scilicet *b* [6]) *D*; cum *ct.* [7]) nos. salv. *B* *add. H*: Quod Amor fugiendus est quia Inde proximus leditur [8]) enormiter leditur *CDZb* [9]) tenetur *B* [10]) mandata *H* [11]) si *b* sed *B* [12]) inspectata *B* [13]) proximus *A* [14]) debemus *B* [15]) etiam *CEFb* et *H* [16]) *om. CFZb* [17]) *add. H*: Quod Amor fugiendus est quia unum ab alio diuertitur amicum et Inde Inimicitie capitales insurgunt et quia animam cum corpore fedat [18]) ex eo *B* ex ipso *D* [19]) inter hom. *om. C* [20]) multaue mala *CFZb* [21]) quem [?] *A* quin *BE* qui *VHb* [22]) contra ips. *om. B* [23]) non incip. *VHb*

venena concipere. Sed, qui propter obsequia carnis honorem praetermisit[1] amici[2], sibi tantum vivere creditur[3], et ideo tanquam humani generis inimicus ab omni videtur homine deserendus et ad instar bestiae venenosae[4] fugiendus. Quid enim[5] tam necessarium tamve[6] utile hominibus[7] invenitur[8] quam[9] amicos habere securos? Nam, Cicerone testante, non ignis neque aquae[10] usus videtur in tantum hominibus necessarius quantum amicorum solatia. Nam, si[11] unus inter cunctos homines alicui reperitur[12] amicus, super omni thesauro pretiosior[13] invenitur; nihil enim[14] in orbe tantum[15] valet[16], quod vero[17] possit[18] comparari amico. Multi tamen nomine[19] vocantur amici, qui nominis vacuantur effectu, quia ipsorum amicitia temporis opportunitate[20] resolvitur. Verus autem amicus in amici adversitatibus fidelior invenitur et efficitur in omni[21] turbatione[22] constantior. Huic autem[23] sententiae proverbium illud alludit[24] antiquum:

„Quum[25] fueris felix, multos numerabis amicos,
Tempora quum[26] fuerint nubila, solus eris".

Quid ergo[27] valeat vel prosit[28] amicus[29], elo-

---

1) pretermittet *CEF* pretermittit *DHb* 2) amanti *H* 3) *CDZb*; credit *T* querit *F* 4) uenose *H* 5) est *D* 6) ac tam *B* 7) *om. C* 8) reperitur *B* 9) sicut *B* 10) aqua *AVH* 11) *om. H* 12) reperiatur *B* repertus *VHb* 13) ei pretiosior *O* 14) *om. D* 15) tam *VHb* tanti *E* 16) valoris *E* ualens *Hb* 17) *om. BF* 18) potest *B* 19) *om. D* 20) importunitate *b* 21) cause *A* 22) conturbatione *D* 23) tamen *Z* 24) elludit *A* 25) Si *CFH* 26) si *VE* 27) igitur *VE* 28) possit *CFZb* 29) fidus am. *C* uerus am. *DFZb*

quens tibi Tullius in amicitiae libro demonstrat. Unde[1] amicitiae[2] utilitate atque opportunitate percepta manifeste cognoscere[3] poteris, qualis[4] vel quantus inter homines sit[5] reputandus, qui amicitiam carnis voluptati luxuriando postponit.

Alia quoque ratio crimen nobis contradicit amoris. Nam, quum omnia crimina ipsam animam tantum de sui soleant[6] inquinare[7] natura, istud crimen solum[8] animam simul[9] cum corpore foedat, ergo super omnibus[10] est criminibus evitandum, unde non immerito evidenter[11] divina clamat auctoritas, crimen nullum esse gravius fornicatione repertum.

Sed[12] alia quoque ratione amor[13] fugiendus[14] videtur. Qui amat enim, vehementi quadam servitute ligatur et[15] quasi[16] omnia[17] suo[18] nocitura timet[19] amori, et eius animus pro modica vehementer[20] suspicione gravatur, et cor suum[21] interius graviter[22] iaculatur. Omnem namque[23] extraneorum collocutionem vel deambulationem aut insolitam commorationem amans in coamante ex amoris zelo timescit, quia: „Res est solliciti plena timoris amor". Nil enim[24] facere vel cogitare

---

1) unde in *D* 2) amici *C* 3) agnoscere *H* 4) qualis ille *BD* 5) sit ille *CFH* 6) solebant *A* solet *H* (*om.* de sui) 7) coinquinare *B* 8) *om. B* 9) *om. C* 10) omnibus hominibus *D* 11) diuina euidenter *D* evid. *om. BCFZb* 12) *om. O* 13) *om. H* 14) fug. esse *H* 15) suo namque quasi omnia *VE* sua namque omnia *H* 16) *om. H* 17) crimina *A* 18) *om. O* 19) communiter timet *H* 20) nimiaque *H* namque *CEF om. b* 21) *om. O* 22) *om. O* 23) enim *BD om. CFZ* 24) Nil enim amator *B*

audet, quod modice[1] voluntati[2] adversetur[3] amantis, quia[4] semper timet amans, ne sui voluntas atque fides alteretur amantis, et[5] hanc cogitationem amanti[6] non potest vigilia neque somnus auferre. Quem[7] enim[8] vere[9] gladius pertingit amoris, de coamantis[10] cogitatione[11] continua sine[12] intermissione quassatur[13] nullisque divitiis[14] nullove[15] in hoc saeculo tantum posset honore beari vel aliqua[16] dignitate, quantum si[17] iuxta[18] proprii[19] animi voluntatem suo recte fruatur amore. Nam, etsi mundum universum lucretur amator, sui[20] autem amoris detrimentum vel[21] aliquod patiatur adversum, omnia tamen pro summa[22] reputaret[23] inopia, nihilque[24] sibi credit[25] [ad[26]] egestatem posse nocere, donec suae voluntati bene concordaverit[27] amor, omniaque[28] timet amans[29] agere vel narrare, unde quacunque ratione coamantis animus concitari posset[30] ad iram vel qualibet[31] occasione[32] moveri. Quis ergo tam fatuus reperitur et amens, qui conetur[33] illud[34] appetere, quod

---

1) parum *B* mod. quoque *VZ* 2) *om. B* 3) aduersatur *B* 4) quia-amantis *om. Cb* amanti *T* 5) et-amanti *om. B* 6) *om. CFZb* 7) *O*; quam *A* que *B* 8) *om. B* 9) verus *B om. F* 10) coamante *B* 11) cogitationem *B* 12) de qua cogitatione sine *B* 13) uexatur *C* 14) *O*; diuinis *T* 15) nulloque *BC* 16) alia *H* 17) sibi *A* 18) *O*; *om. T* 19) *D*; proprij cum voluntate *A* cum propria voluntate *B* propriam uoluntatem *CFZb* 20) et suus amor detrim. *B* 21) aliquod patiatur uel *H* 22) *O*; sua *T* 23) sibi rep. *O* reputabit *B* 24) *O*; nisi que *A* nihilque-amor *om. B* 25) *O*; crederetur *A* 26) *om. O* 27) recordauit *A* concordauit *CDb* concordauerit *FZ* 28) *CFZb*; omnia quoque *AD* aliqua *B* 29) Amator *B* 30) possit *CFZb* 31) aliqua *B* quacunque *H* 32) ratione *B* 33) vellet *B* 34) ad illud *A*

tam feroci servitute[1] cogit hominem alienae se[2] potestati subiicere et alterius in cunctis penitus arbitrio colligari. Praeterea, etsi ex amore quandoque non offendatur[3] amicus, quia forte in[4] extraneam personam extenditur amor amici, mutuas tamen amicitiae vices agnoscere non posset amicus, donec in amico verus dominabitur[5] amor. Quem enim amoris iacula tangunt[6], nil aliud cogitat nec sibi utile credit nisi coamanti placere[7] et eius semper ministeriis inservire, et in amore neglectum vel amissum sibi male[8] compensat amicum. Sibi ergo[9] et coamanti suae tantum miser[10] ille vivere iudicatur[11], qui aliorum omnium utilitatem et amicitiam negligendo eam[12] in unius mulieris[13] amore[13] compensat, et[14] ideo non[15] immerito ab omni videtur negligendus amico, immo penitus[16] ab omni homine declinandus[17].

Alia iterum[18] ratio inimica videtur amori[19]. Nam ex amore detestabilis procedit egestas, et ad inopiae carcerem devenitur. Amor[20] hominem inevitabili quadam[21] necessitate constringit danda indifferenter et non danda praestare, quod quidem non est largitas, sed prodigalitas ab antiqua prudentia nominatur, quam[22] divina scriptura docente

---

1) *O*; seruituti *T* 2) *om. H* 3) offenditur *CH* 4) *CDZb*; ad *F* dum in *T* 5) dominatur *B* 6) tangit *H* 7) placeret *H* 8) parum *B* 9) *O*; ergo uero *A* igitur *B* 10) mis. ille *om. CFZb* 11) creditur *C* 12) *om. H* 13) amoris mulieris *H* 14) et id. *om. B* ymmo *H* 15) non-immo *om. H* 16) pen. est *FZ* est pen. *Cb* 17) detrahendus. Quod Amor est fugiendus quia ex eo egestas omnium inopia procedit bonorum *H* 18) igitur *H* 19) amoris *A* amor *H* 20) Cum amor *B* amor quedam *C* amor enim hom. *D* amor enim quadam *FZ* (quedam *H*) 21) *om. CFZb* 22) que *B* quod *O*

vitium[1] constat esse mortale, cui[2] sufficere nulla[3] posset abundantia rerum, et ideo quemlibet irreverenter[4] ad egestatis[5] ima deducit, et sic per fas et nefas homines angit[6] accumulare[7] divitias, unde suum paupertas[8] pascat amorem et suum in[9] saeculo conservare possit honorem illaesum[10]. Qui enim plurimis consvevit abundare[11] divitiis multisve[12] suae carnis et mundi gaudiis[13] delectari, si ad inopiae postmodum tenebras elabatur[14], totus sibi mundus videtur[15] obscurus, nullumque veretur[16] committere crimen, ut fortunam divitiarum recuperare possit amissam, per quas prioribus valeat gaudia similia celebrare, nec[17] excogitari posset[18] in mundo nefas, quod committere dubitaret amator, si propter illud ad rerum opulentiam reducatur[19] egestas, unde suum possit[20] enutrire amorem. Cave ergo[21] talem[22] antecedentem quaerere causam, cuius[23] commode non possis[24] evitare sequentia.

Videas etenim[25], quis reputetur[26] homo post latrocinia, rapinas[27] furtave aliaque nefanda com-

---

1) *O*; vnum *A* crimen *B* 2) cum *B* 3) tali nunquam *B* 4) *om. H* 5) ad egestatem conducit *B* 6) *ADEF*; augit *B* aúdet *H* agit *Cb* 7) annullare *A* annichilare *B* accomulare *F* cumulare *CDZb* 8) *om. D* 9) in hoc sec. *FZb* 10) *om. B* 11) *om. H* 12) multisque *Bb* mulierisque sue *D* multis sue *E* 13) deliciis *H* 14) *O*; elabetur *A* ceciderit *B* 15) videbitur *B* factus videtur *V* 16) verebitur *B* 17) nec enim *CD* 18) possit *Bb* 19) reduci posset *B* deueniret *F* 20) valeret *B* posset *FZ* 21) igitur *DEF* 22) *om. O* 23) ut possis euitare sequ. *O* 24) *O*; possit *A* posses *B* 25) *O*; igitur *B* ergo *A* 26) reputatur *B* 27) *om. B*

missa, et qua fronte valeat inter homines commorari, qui praedictorum vitiorum reperitur[1] crimine[2] reus. Sed et[3] quid[4] magis contemptibilem[5] quemlibet[6] reddit hominibus[7], quam si aliquis pro mulieris[8] amore[9] obscura cogatur inopia laborare[10].

Est et[11] alia satis[12] ratio potens, quae cuilibet obstat[13] amanti, quia cunctis amor in[14] vita poenam intolerabilem praestat hominibus et maiores in immensum poenas post mortem facit subire defunctos. O, quam mirabile debet[15] cunctis illud sapere[16] bonum, quod viventibus poenam sine intermissione promittit et morientibus cruciatus[17] minatur aeternos[18], illamque amantibus universis[19] spondet hereditatem, quam in tenebris exterioribus sitam[20] evangelica[21] Scriptura demonstrat, ubi scilicet fletus et stridor dentium erit! Si volueris[22], Gualteri[23], consiliis acquiescere meis[24], talia bona quidem aliis sumenda relinquas[25]. Quas autem poenas vivendo patiuntur[26] amantes, licet plurimum[27] sit superius enarratum, tamen non

---

1) videtur *B* 2) crimen *BH* 3) *om. H* 4) quis *A* 5) contemptibiles *B* 6) *om. B* 7) homines *B* 8) muliere *B* 9) *om. B* 10) *add. H*: Quod Amor fugiendus est quia magnas penas viuentes post mortem maiores subire facit defunctos; *F*: De pena que uenit propter amorem 11) O; enim et *A* enim *B* 12) *VEb*; cunctis *A om. BFH* 13) constat *C* 14) *om. A* 15) diebus *H* 16) superare *Z* apparere *b* 17) *om. Z* 18) eternas *E* eternis *H* 19) pro uniuersis *CFH* 20) *om. B* sicut *DF* 21) deus in euang. *B* 22) Si vol. ergo *Cb* 23) Gualtieri *A* 24) nostris *B* 25) relinques *BDb* 26) patiantur *B* 27) *om. H*

mihi[1] videtur, quemquam posse plenius erudiri[2], nisi fuerit magistra[3] experientia eruditus[4].

Alia quoque intenditur[5] ratione, amorem penitus esse vitandum, quia honestas et continentia carnis inter ipsas adnumerantur[6] virtutes; ergo[7] et[8] eius contrarium, luxuria scilicet[9] et[10] carnis voluptas, necessario inter[11] vitia computantur[12]. Est igitur ab[13] omni prorsus[14] homine fugiendus[15], quia nil magis cupiunt homines in orbe degentes[16] quam nomen inter gentes habere laudabile, ac famam[17] per orbem plurimum[18] divulgari. Famam vero suam nemo poterit conservare lucidam vel illaesam vel bonum nomen inter homines possidere, nisi virtutum fuerit ornatu vestitus. Virtutum autem nullus posset[19] ornamenta tenere, si[20] minimi quoque[21] vitii nigredine maculetur[22]. Nam virtus et vitium „non bene[23] conveniunt nec in una sede morantur". Immo amplius procedere volo, quod[24] tam in sene quam in iuvene, tam in clerico quam in laïco, tam in pedite quam in milite, tam in femina quam in masculo castitas et honestas ac corporalis[25] laudatur integritas et

---

[1]) *om. H* [2]) doceri *B* edoceri *O* [3]) *DE*; magna *T* gratia *C* mea gratia *F* ingrā *H* [4]) *add. F*: Ratio ut nullus amet; *H*: Quod Amor fugiendus est quia generat Infamiam [5]) ostenditur *O* [6]) annumeratur *BFH* [7]) *om. H* [8]) *om. O* [9]) *om. DH* [10]) carnisque *D* [11]) inter vitia *om. B* [12]) computatur *B* [13]) ab hominibus *H* [14]) penitus *CFZb* [15]) fugiendum a boni homine pro hijs fugiendum *A* euitandus amor *B* [16]) viuentes *B om. H* [17]) fama *O* [18]) bonam *B* plurima *O* [19]) potest *B* [20]) qui *B* sed *H* [21]) *om. B* [22]) maculatur *B* [23]) possunt in eodem habitaculo permanere *O* [24]) quia *BEV* [25]) corporis *CDb*

carnis corruptela damnatur. Nec[1] enim[2] aliquis tam altissimae feminae lucrari posset amorem, quod[3] eius inde fama inter bonos[4] ac prudentes in omni curia non capiat summa ratione defectum. Quare ergo[5] petis amorem, si apud Deum et homines inde reprobus inveniris[6] atque blasphemus? Certe non ob aliud, nisi ut cum Deo mundi valeas amittere famam.

Mulier quoque[7] si amoris coeperit[8] inservire ministeriis[9], nullo sibi modo reputatur[10] ad laudem, etiam si a stirpe[11] regis ametur. Immo, quamvis in masculis propter sexus[12] audaciam amoris[13] vel luxuriae toleratur[14] excessus[15], in mulieribus[16] creditur damnabile crimen, et eius inde[17] fama supprimitur, et ab omni sapientia[18] meretrix illa[19] iudicatur immunda et contemptui prorsus habetur[20].

Alio quoque modo[21] iterum reprobamus amorem. Recte namque intuentibus et vestigantibus rem diligenter[22], nullius criminis notatur excessus, qui ex ipso non sequatur amore. Nam constat homicidium et[23] adulterium inde[24] saepius provenire; periurium quoque provenit inde, quia saepe

---

[1]) Nec-amorem *O om. T* [2]) *om. CH* [3]) quare cuiuslibet inde *B* [4]) probos uiros *Vb* bonos uiros *E* probos *H* [5]) igitur *BEV* [6]) inueniaris *Bb* inueneris *VZ* [7]) enim *B* [8]) cepit *ACmb* inceperit *BDF* ceperit *Z* [9]) misterijs *O* [10]) *O*; reputetur *A* reputabitur *B* [11]) filio *C* [12]) *CD*; amoris *T om. FZb* [13]) *O*; am. vel *om. T* [14]) tolleratur *A* tolleretur *BVEb* tolletur *H* [15]) *om. H* [16]) in mul. tamen *BD* [17]) infamia suppr. *H* [18]) sapiente *B* [19]) ipsa *D* [20]) *add. F*: Racio qua reprobatur amor; *H*: Quod amor fugiendus est propter mala que ex eo sequuntur [21]) modico *H om. D* [22]) dilligunt *A* [23]) *om. H* [24]) *om. BE*

in proditione[1] et amoris[2] intuitu iuramenta praestantur, quae non iuramenta, sanctorum patrum hoc regulis indicantibus, sed potius periuria reputantur[3]. Quod furtum etiam ex amore proveniat, septima[4] ratio de amoris reprobatione[5] superius enarrata demonstrat. Sequitur inde[6] quoque[7] [et] testificatio falsi; non[8] est aliquod mendacii genus, quo amoris necessitate exigente[9] non mentiantur amantes. Ira quoque et odium similiter[10] exinde provenire[11], satis omnibus est manifestum. Sed et[12] constat, incestus inde maxime[13] provenire; non enim reperitur aliquis adeo divinis[14] eloquiis eruditus[15], si maligno spiritu concitante amoris aculeis incitetur[16], qui contra mulieres cognatas[17] sibi et affines ac Deo dedicatas[18] feminas sciat unquam frena continere luxuriae, et hoc satis per assidua experimenta videmus. Idolorum etiam[19] servitus manifestissime[20] provenit ex amore, et hoc[21] sapientissimi Salomonis demonstrat exemplum[22], qui[23] mulierum[24] amore[25] ad deos non est veritus accedere alienos ac tanquam[26] bestia-

---

1) *B*; perditione *AO* et *om. Z* 2) amatoris intuitu *C* amatoris interitu *DFZb* 3) iudicantur *BZ* 4) quinta *H* [*dici debuit:* sexta] 5) exprobratione *H* 6) etiam *B* 7) qu. et *C* qu sed etiam *D* queque et *AE om. B* quoque *F* quidem *H* et quaeque *b* 8) non enim est *BCEF* non est enim *D* 9) cogente *B* 10) furtiliter *H* 11) *VEb*; proueniunt *T om. H* 12) *om. CFZb* 13) maximos *B* crimina max. *D* 14) diuitijs eloqu. *AZ* (eloquens *E*) diuitijs et el. *B* 15) eradicatus *H* 16) instigetur *VHb* infligetur *E* 17) agnatas *AD* 18) dicatas *CIZ* 19) namque *T om. H* 20) manifeste *O* 21) hoc nobis *O* 22) auctoritas siue exemplum *Zb* 23) quia *AC* 24) mulieris *BH* 25) *BO*; facto *A* 26) tam *C*

lis[1] sacrificia mutis[2] idolis ministrare[3]. Sed[4], si ei hoc potuit evenire, quem Deus prae omnibus aliis sapientiae voluit[5] maturitate[6] ac moderatione gaudere, quae poterit nos defensare tuitio, qui eius comparatione rudes credimur[7] et quasi sub alterius disciplina degimus[8]. Nam, ubi viride[9] cognoscis[10] arescere[11] lignum, ibi aridum[12] adustione[13] consumitur[14].

Sed et alia ratio insidiari plurimum videtur amori. Quum enim[15] ex amore mala cuncta sequantur, nullum penitus hominibus[16] inde video procedere bonum, quia delectatio carnis, quae inde multa[17] aviditate suscipitur, non est de genere boni, immo constat, esse[18] damnabile crimen, quae etiam in coniugatos ipsis vix cum[19] veniali[20] culpa sine[21] crimine toleratur[22], propheta testante, qui ait: „Ecce enim [et[23]] in[24] iniquitatibus conceptus[25] sum, et in peccatis concepit[26] me mater mea“.

Amorem[27] praeterea tali argumento confundimus: Amor enim[28] non solum facit homines coe-

---

[1]) bestialissimus *B om. C* [2]) mutuis *A* multis *F* mutus *H* [3]) immolare *O* [4]) Sed si *O*; Sed et si *T* [5]) uoluerit *A* [6]) maturacione gaudere *B* [7]) credimus *C* [8]) degemus *TZD* deregemus *C* degimus *F* [9]) *VHb*; *om. TE* [10]) *B*; cognosces *ACZb* cognoueris *D* noueris *F* [11]) ardescere *H* [12]) humidum *B* [13]) adust. festina *O* [14]) *add. F*: Ratio que insidiatur amori; *H*: Quod Amor fugiendus est quia nullum bonum sequitur ex eo [15]) etenim *R* [16]) *O*; omnibus *A om. B* [17]) cum multa *O* [18]) eam esse *VEb* causa esse *H* [19]) tum *B* [20]) *VZ*; uenialis *A* venialis sit *B* [21]) sine cr. *om. B* [22]) tollatur *Z* [23]) *om. BO* [24]) *EFb*; *om. TCDH* [25]) conc.-mea *om. B* etc. *CH* [26]) *add. H*: Quod Amor fugiendus est quia auffert seculares honores [27]) Amorem ergo *CEFb* *A*Morem igitur *H* [28]) *om. B*

lesti hereditate privari, sed etiam[1] huius saeculi penitus subducit honores. Clericus enim adeo nullus invenitur[2] generosus vel tanta prosapia clarus, si amoris noscatur vacare ministeriis[3] et carnis voluptatibus inservire, qui ecclesiasticos facile consequatur honores; immo acquisito meretur[4] penitus honore privari et multa inter homines infamia denotari. Laïcus etiam[5] nemo posset tanta honestari prudentia vel probitate laudari, si constet, eum carnis vitio maculari, qui prioris famae praeconia non amittat et quolibet[6] honoris officio[7] minus[8] reputetur idoneus. Mulier quoque quantumcunque[9] nobilis, prudens atque decora, si eius animus quantumcunque[10] sciatur alicui[11] fuisse ligatus[12] amore, ab omni homine contemptibilis iudicatur, et eius copulam probus quisque recusat[13].

Ad haec: Amator quilibet ad omnia tardus reperitur et piger, nisi sint talia[14], quae ad[15] usum pertinere videantur[16] amoris. Negotia namque[17] amorosus sua nec ullius curat amici[18], nec, si aliquis ei[19] de[20] quocunque facto[21] loquatur, ipsius dictis intentas[22] adhibet[23] aures, nec precantis[24]

---

1) *om. H* 2) *om. H* 3) misteriis *VHb* 4) mer. pen. *om. H* 5) *D*; enim *ct.* 6) ad quodlibet *D* 7) officium *D* 8) *Bb*; min. mitius *A* min. non *VZ* 9) quantumcunque sit nob. *C* quamcunque sit *DHb* quantumque sit *E* quantum sit nobilis quantumque prud. *F* 10) quandoque *DH* quamcunque *b om. F* 11) alicuius *BO* 12) ligata *A* 13) recuset *D add. H*: Quod Amor fugiendus est quia hominem ad omnia alia reddit pigrum 14) ad talia *B* 15) usui pertinere *B* 16) videntur *Bb* 17) quidem *B* 18) *om. B* 19) eidem *DZ* 20) *om. H* 21) facto alio a suo amore *B* 22) intentus *H* 23) adhibere *A* 24) loquentis uel prec. *B*

solet ad plenum verba percipere, nisi aliquid[1] de[2] suo referendo[3] loquatur amore. Tunc etenim, si continuo[4] secum uno mense loquatur[5], non[6] unum iota de omni[7] fabulatione dimitteret[8]. Tanta namque aviditate suscipit verba de coamante relata, quod assiduitate quoque[9] multa loquendi eius nunquam fatigatur[10] auditus[11].

Praeterea[12] ipsum Deum sine omni dubitatione castitatis et[13] pudicitiae caput esse scimus atque[14] principium; diabolum vero amoris et luxuriae auctorem esse, scriptura referente cognovimus. Et ideo auctoris[15] quoque[16] ratione tenemur[17] in perpetuum pudicitiam conservare et castitatem[18], luxuriam penitus evitare[19], quia[20], quod diabolo auctore[21] constat esse perfectum, nihil posset hominibus parare[22] salubre[23] nec aliquid[24] conferre laudandum. Quod autem Deo auctore[25] perficitur, malum nullo modo posset sortiri effectum vel quidquam hominibus parare[26] sinistrum. Sciatis[27] ergo[28], quod[29] mentis caecitate laborat, qui Dei obsequiis dere-

---

1) *BD*; aliqui *A* aliquis *ct.* 2) sibi de suo *O* 3) referret amore *F* referat loquendo am. *H* 4) continue *BD* 5) loqueretur *B* loquatur amicus *D* 6) non minimum de *B* nec unum iota de *D* 7) tota *B* 8) verbum dim. *B* amitteret *O* 9) *om. B* 10) fatigaretur *BD* 11) *add. H*: Quod Amor fugiendus est propter auctorem suum scilicet dyabolum. 12) primum *A* 13) *VEb*; *om. TH* 14) atque pr. *om. H* 15) dei auctoris *B* 16) *om. B* 17) debemus *B* 18) castitatis *A* carnis *O* 19) euitando *B* 20) et *H* 21) *om. AH* 22) parere *A* imparere *C* prestare *H* 23) salubrum *H* 24) *om. B* 25) constat auctore perfectum *B* 26) *CDb*; impare *A* importare *B* prepare *E* apparere *F* prestare *H* 27) Scias *B* Satis *D* 28) igitur *H* 29) *om. D*

lictis diaboli[1] satagit servitiis inhaerere. Diabolus enim suis militibus multa[2] promittit atque[3] svavia, postmodum[4] eis[5] nimis[6] solvit amara et promissis semper[7] contraria facit[8], quoniam ipse ab initio mendax fuit[9] et in veritate non stetit. Quin[10] etiam retributionem miserabilem[11] consvevit sibi servientibus exhibere. Qui enim plura sibi obsequia praestat, maiores ab[12] eo meretur poenas recipere[13] et maiores perpeti[14] cruciatus; et econtra: Qui maiores sibi facit offensas, eum[15] sibi[15] magis cognoscit esse subiectum. Sed[16] [et] quoque ipse diabolus similis esse[17] latroni asseritur[18] suum viatori[19] securum spondenti ducatum, qui praemio ducatus accepto ipsum ad loca hostium deducit ductumque relinquit ac cum ipsis hostibus spolia[20] sortitur[21] et praedam. Nam eodem modo diabolus suis militibus et post eum ire volentibus dulcia proponit atque svavia et eos quodam modo reddit de impunitate ac longa vita securos, postmodum[22] praemio[23] sui ducatus accepto, id[24] est[24] peccatorum eis[25] aere[26] firmiter obligatis, ad insidiarum

---

[1]) *O*; diabollo *A* dyabolicis *B* [2]) militiam *A* dulcia *O* [3]) *om.* *B* [4]) postm. vero *BCD* [5]) *O*; eius *A* ipsa *B* [6]) vertit in nimium amara *B* [7]) *om.* *H* [8]) *O*; facti *A* contraria sunt facta *B* [9]) non fuit *B* [10]) et sic retr. *B* qui etiam retr. *VZ* quia et. r. *b* [11]) mirabilem *D* [12]) a deo *H* [13]) accipere *O* [14]) perpetui *C* perpetuo *D* perpetit *H* [15]) *O*; se alij *A* se illi *B* [16]) Sed et quoque ipse *TZC* Sed et ipse quoque *DF* Sed et ipse *b* [17]) est *B* [18]) *om.* *B* [19]) uiatori uiationi *A* uiatorem *H* [20]) proditionis (perdit. *D*) spol. *VEb* proditione spol. *H* [21]) sortitur patitur *A* sortitur et predam partitur *B* [22]) postm. uero *O* [23]) primo *H* [24]) idem *H* [25]) *O*; *om.* *T* [26]) *VH*; ire *TE* *om.* *b*

eos[1] loca deducit, id[2] est ad mortem, ubi daemonum hostiles hominibus insidiae praeparantur, et eos in hostium derelinquit insidiis et cum hostibus spolia partitur[3] et praedam, quia ipsos suae fraudis ingeniis[4] ad Tartara et[5] [cum[6]] daemonum potestate*m*[7] deductos cum aliis Tartareis potestatibus[8] statutis poenis affligit[9]. Deus autem non[10] sic, sed pro bonis promissis atque svavibus optima nobis et[11] svavissima solvit, quin[12] ipse est via, veritas et vita, et ideo non immerito uberiori[13] solutione[14] sua nobis promissa persolvit, et[15], quicunque illius[16] se vult comitatui[17] plena fide committere, nullius hostis patietur insidias sed ad optata loca securus et ad gloriam deducetur aeternam. Merito ergo quisque tenetur amorem luxuriaeque[18] actus abiicere et corporis[19] pudicitiam penitus[20] amplexari[21].

Amor praeterea inextricabiles[22] consvevit hominibus et[23] mortales guerras parare ac perpetuae pacis foedera removere. Saepe quoque[24] urbes magnas et egregias arcesque[25] munitas et castra[26]

---

[1]) eum *C* eis *D* eius *H* [2]) scilicet ad *B* [3]) patitur *A* parat *H* [4]) ingenio *B* [5]) *om. B* [6]) *om. CFZb* [7]) potestate *TDEb* potestates *CFH* [8]) principibus *B* [9]) aufugit *A* affligitur *H* [10]) nullo modo [?] *A* [11]) et sv. *CDHb*; et suauia *AF* atque dulcissima *B* atque suauissima *E* [12]) quoniam ipsa *B* [13]) liberiori *D* [14]) *D*; satisfactione *B* promissione *ct.* [15]) Sed *CFZb* Sed et *D* [16]) *O*; *om. A* ipsius *B* [17]) comunicatui *A* [18]) et lux. act. *D* atque actus lux. *H* [19]) cordis *B* [20]) prorsus *B* [21]) *add. H*: Quod Amor fugiendus est quia Mortales guerras parat ac perpetue pacis federa remouet [22]) inexcogitabiles *B* inexcusabiles *E* [23]) *om. Z* [24]) etiam *B* [25]) arcesque-et *om. B* arcesque tutissimas et castra munita *D* [26]) castraque *B*

tutissima subvertit et multam divitiarum fortunam sine possidentis largitione ad egestatis infortunia ducit[1] multosque[2] cogit commissum luere crimen, quos peccatum nec sui nec parentum potest [ulla[3]] ratione contingere[4].

Plus etiam mali potest ad haec[5] in amore notari. Amor enim inique matrimonia[6] frangit et cogit sine causa ab uxore avertere[7] virum, quos Deus lege[8] data firmiter non posse statuit ab homine separari. Ait enim Scriptura[9]: „Quos Deus coniunxit, homo non separet[10]". Immo iam plures novimus[11] coamantium, eos amore[12] cogente in uxoris[13] interitum cogitare ac eas[14] crudelissima trucidatione necare, quod cunctis constat scelus esse nefandum. In hoc enim saeculo nihil debet aliquis homo tanta affectione diligere quanta uxorem, quae legitimo est sibi iure coniuncta[15]. Nam cum viro carnem unam Deus[16] indicavit uxorem et aliis cunctis relictis uxori iussit adhaerere maritum[17]. Ait enim: „Propter hoc relinquet[18] homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una [persona[19]]". Praeterea[20] cum uxore sine crimine libidinem superamus[21] et

---

[1]) deducit *CFZb* [2]) multosque-contingere *om. B* [3]) *om. O* [4]) *add. H*: Quod Amor fugiendus est propter fracta matrimonia que per eum sunt [5]) huc *BCFZb* [6]) numina *A* [7]) aduertere *AC* auertere *B* diuertere *Db* abuertere *E* vertere *H om. F* [8]) in lege *B* [9]) *om. O* [10]) separat *B* [11]) agnouimus *D* cognovimus *b* [12]) *om. A* [13]) ux. proprie *B* [14]) *om. FZ* [15]) *CFZ*; conuincta *TDb* [16]) *om. H* [17]) marito *B* uxorem ... marito *b* rel. ux. *om. C* [18]) relinquit *DEF* derelinquid *H* derelinquet *b* [19]) *om. O* [20]) *O*; *om. T* [21]) *D*; separamus *ct.*

incentiva[1] luxuriae[2] absque animae macula removemus, prolemque legitimam ex uxore cognoscimus, quae nobis viventibus[3] et morientibus digna solatia praestat, et in ea Deus ex[4] nobis sibi poterit agnoscere fructum. Sed et, licet quandoque proles ex fornicatione[5] sequatur, tamen patri nulla[6] potest afferre solatia, quum ab eius etiam hereditate pellatur. Immo filii[7] ex fornicatione[8] progeniti parentis[9] ignominia referente Scriptura dicuntur. Sed nec ipsi Deo tales filii[10] creduntur accepti, sicut evidenter videtur nos sacra Scriptura docere, quae dicit: „Adulterorum filii abominabiles sunt Deo".

Quum igitur omnia sequantur ex amore nefanda, nullumque[11] inde bonum evenire cognoscatur[12] sed infinitas[13] hominibus procedere poenas, cur, stulte iuvenis, quaeris amare et te Dei gratia et aeterna hereditate privare? Carissime ergo[14] discas[15] amice et[16] corporis pudicitiam conservare atque carnis voluptates animi superare[17] virtute et tuum[18] vas immaculatum Domino[19] custodire. Nam, etsi tanto carnis ardore vexeris, ut corporis continentia nimis res videatur[20] difficilis, si [merito[21]] mihi[22] volueris consulenti parere, et[23] continentiae

---

[1]) intentiam *B* [2]) luxuria prolis *B* [3]) *om. D* [4]) ex nobis *om. B* [5]) informacione *H* [6]) nunquam *B* [7]) *om. D* [8]) informacione *H* [9]) *O*; peremptis *T* [10]) sibi *H* [11]) *O*; nullum *T* [12]) *CFZb*; cognoscitur *TD* [13]) inf. in *E* inf. inde *Hb* [14]) igitur *BCDE om. F* [15]) addiscas *CZb om. F* [16]) *om. BO* [17]) separare *F* [18]) uteri *H* [19]) dominus *H* [20]) vid. esse *O* [21]) *om. O* [22]) mihi tamen *VZ* [23]) *om. BO*

carnis sine[1] mora et[2] pudicitiae tibi facilis erit amplexus, et carnis voluptatem[3] sine magna poteris difficultate repellere: Nunquam ergo te ad delectationem[4] carnis tua te cogitatio ducat, loca etiam, tempora et[5] personas, quae causam valeant inducere voluptatis et occasionem libidinis concitare semper penitus evitare memento. Sed, si[6] loci opportunitas et rei non speratus eventus ad carnis opera mulieris te repraesentatione[7] compellat, statim voluptatem viriliter compescere[8] cura et opportunitatis instantis[9] loca dimittere[10]. Sed[11], si te[12] coeperint carnis incentiva vexare, cave, ne voluptatem sequatur effectus, vel rei te valeat inquinare[13] consensus. Nam [et[14]], si in luxuriae conflictu paucis vicibus constans reperiaris et victor, raros vel nullos postmodum ab[15] ea patieris[16] insultus. Res enim talis[17] luxuria est, quam[18] persequendo vincimur[19] et[20] fugiendo fugamus. Ergo, si haec, quae dicuntur, cordis[21] volueris aure[22] percipere, facile tibi erit luxuriae motibus obviare. Absit enim, hominem[23] tanta[24] nobilitate[25] generis decoratum tantave[26] probitate refultum Veneris

---

1) sine m. *om. BO* 2) et-carnis *om. H* 3) uoluptates *CFZb* 4) *TD* (dillectionem *A*); delectationis loca deducas *CFZb* 5) personamque causam *H* 6) *om. A* 7) ex repr. *B* 8) compensere *A* 9) *om. B* incipe post signum illud loca dim. *H* 10) dimitte *B* 11) Sed et si *D* 12) te repente *C* rep. te *D* 13) coinquinare *B* 14) *om. O* 15) ab ea *om. B* 16) paciaris *Hb* 17) *om. H* 18) qua *A* 19) *O*; uincimus *A* acquirimus *B* 20) et eam *VZ* 21) *O*; corde *T* 22) et aure *B* 23) *om. H* 24) tanto nobilitatis genere *B* 25) altitudine *D* 26) tantaque *H*

posse contagio maculari et[1] fornicando[2] mulieris[3] admixtione[4] foedari[5] vel ipsius labe foedissima[6] inquinari[7]. Mulieris enim qualitatem[8] sive statum districtius agitare[9] nil[10] foedius[11] vel magis taediosum reperitur[12] in orbe.

Sed haec[13] omittamus ad praesens, ne qualitercunque[14] credamur[15] in eis accusare naturam, et quia cuilibet sunt manifesta prudenti. Sola enim haec ad praesens est[16] intentio nostra amorem tibi penitus dissvadere ac[17] corporis te pudicitiam admonere[18]. Quod si potentia cooperante[19] divina pro nostra poterimus[20] voluntate perficere[21], nil nobis[22] in hac vita posse gratius evenire cognoscas, quia corporis pudicitia et[23] abstinentia carnis res[24] est, quam apud Deum et homines expedit cunctis habere et eam modis omnibus conservare, quin[25] ea neglecta nullum in homine bonum posset esse perfectum plene[26]. Et, si aliquis in se ipso[27] illam[28] constat habere, multi per eam in homine excessus operiuntur[29], et varia quoque crimina tolerantur. Nam, si homo pudicus inveniatur et largus, nullius detractionibus posset[30] de facili[31]

[1]) uel *O* [2]) fornicacione *H* [3]) *om. H* [4]) commixtione *BH* [5]) *om. C* [6]) fetidissima *CZb* [7]) coinquinari *B* [8]) qualitate siue statu *O* [9]) ag. si volueris *B* agitato *D* [10]) muliere nil *D* [11]) fetidius *FH* [12]) reperies *B om. H* [13]) hoc *B* [14]) *P*; qualicunque *TC* [15]) *DEb*; credamus *TCFH add. B*: ratione [16]) *om. A* [17]) ac penitus *H* [18]) amouere *BH* [19]) te cooper. *H* [20]) poteris *B* [21]) percipere *C* proficere *H* [22]) vobis *BH* [23]) *om. AH* [24]) res est *om. H* [25]) *D*; et *C* quia *ct.* [26]) *om. C* [27]) ipsum *A* [28]) illa *A* eam *D* [29]) perimuntur *D* opprimuntur *E* experiuniur *F* aperiuntur *H* [30]) eius fama posset *D* [31]) facile *O om.* de

vulnerari vel eius laudibus derogari. Sapiens ergo eris, si istud studeas magno[1] adipisci labore, quod cuncta bona[2], quae in homine inveniuntur, exornat[3] et multos per sui[4] potentiam in quolibet occultare novit excessus. Ne[5] mireris, quod[6] dixi[7] pudicum, addidi quoque: et largum; nam sine largitate omnis in homine virtus mortua[8] videtur[8] et laudis infructuosa iacere, Iacobi apostoli auctoritate[9] testante: „Omnis[10] fides sine operibus mortua est[11]". Sic et omnis sine largitate virtus nulla[12] putatur[13].

Alia quoque[14] ratio evidenter[15] videtur arguere amantes. Nam ex amore et Veneris opere corpora[16] debilitantur humana, et ideo homines efficiuntur[17] in bello minus[18] potentes. Debilitantur[19] homines ex amore[20] triplici satis rationabili causa; nam ex ipso Veneris opere, ut physicalis monstrat[21] auctoritas, corporis plurimum potentia minoratur, sed[22] propter amorem corpus minoris[23] cibi et potus assumptione[24] nutritur, et ideo non immerito debet esse potentiae brevioris. Praeterea

---

1) summo quoque *D* 2) *om. Zb* 3) exornant *H* 4) suam *DH* 5) Nec *BD* 6) quia *B* quod cum *CD* 7) diximus p. et addidimus largum *B* 8) m. iudicatur *D* nulla reputatur *E* et-putatur *om. E* 9) sic enim Iacobi *D* auct. test. *om. H* 10) quo te omnis *H* 11) iudicatur *D* 12) mortua est et reputatur *B* 13) reputatur *BC* *add. H*: Quod Amor fugiendus est propter debilitates corporis que sequuntur ex eo et veneris opere 14) quidem *B* 15) *om. B* 16) corda *H* 17) eff. minus *BO* 18) nimis *A* *om. BO* 19) Debil. enim *Bb* Debil. autem *D* 20) *om. B* ex am. *om. F* 21) demonstrat *DFHb* monstrabat *C* 22) sed et *DFb* 23) minore *F* minori *H* 24) assumpsit *H*

tollit amor etiam[1] somnum et omni[2] solet hominem privare[3] quiete. Sed ex privatione somni sequitur in homine digestio mala et[4] corporis debilitatio multa; et[5] hoc ex ipsa nominis somni rationabili[6] physicali possumus[7] definitione[8] cognoscere. Est enim somnus, ut ait Iohannicius[9], quies animalium[10] virtutum cum intensione naturalium; ergo privatio somni nil aliud est nisi[11] animalium virtutum fatigatio cum diminutione[12] naturalium. Quarta[13] dici potest ratione[14] non[15] inepte, corpora hominum debilitari. Nam propter peccatum[16] omnia dona Dei credimus[17] in homine minorari, et tempora vitae hominis abbreviari[18]. Quum igitur[19] hominibus magnum sit corporis potentia donum[20] atque praecipuum[21], non[22] recte agis, si talia tibi[23] assumere quaeris, per quae hoc praecipuum[24] munus[25] in[26] te valeat quacunque ratione deficere[27] vel quomodolibet attenuari. Ex amore autem non solum haec[28] praedicta[29] sequuntur[30], sed ex[31] eo quoque corporis aegritudo

---

1) *om. O* 2) *O*; ideo *T* 3) breuiare *H* 4) *om. H* 5) Ex hoc etiam *F* Et ex hoc *H* 6) *om. C* rationabiliter *DE* rationabile *F* inrationabili *H* 7) possimus *A* 8) distinctione *H* 9) incamtius *A* ut-Ioh. *om. B* iohanicius *CH* ioannicius *EFb* iheromus [?] *D* 10) animalibus *A* 11) in animalibus uirtutumque *A* 12) intensione *C* 13) Tertio *B* Quarta quoque *D* 14) *O*; *om. T* 15) *om. D* 16) peccata *B* 17) creduntur *D* 18) obuiare *C* breuiari *Eb* 19) ergo *Db* 20) donum dei *B* 21) principium *A* 22) non-praecip. *om. H* 23) *om. D* 24) principium *A* 25) minus *A* 26) uite ual. *DZ* 27) differre *H* 28) incommoda *D* 29) dicta *H* 30) sentiuntur *D* 31) *om. H*

procedit. Nam ex mala[1] digestione interius turbantur humores, et inde febres et aegritudines infinitae nascuntur[2]. Somni quoque amissio cerebri et mentis saepissime[3] alterationes inducit, unde homo efficitur amens et furiosus. Sed[4] nimia diei et noctis cogitatio, quam universi habent amantes, inducit cerebri quoque[5] defectum, et aegritudines corporis inde procedunt. Sed[6] memini, me quodam tempore in dictis quibusdam physicalibus invenisse, quod propter Veneris opera homines tempore breviori senescunt, et ideo te ad non[7] amandum precibus admonere[8] contendo[9].

Alia quoque ratione te non amare compello, quia sapientia propter[10] amorem suum in sapiente perdit officium. Nam, quantumcunque sit aliquis sapientia plenus[11], si ad[12] Veneris opera deducatur, nescit habere modum vel sua sapientia motus luxuriae moderari[13] aut actus mortiferos refrenare. Immo magis sapientes[14] insanire[15] dicuntur[16] amore et ardentius carnis voluptates[17] implere[18], quam qui minori scientia .gubernantur. Sed et[19] magis sapientes[20] viri, postquam in amore delinquunt,

---

[1]) nulla *A* [2]) procedunt *D* [3]) *om. B* [4]) Sed et *Vb* [5]) *om. B* quandoque *VH* [6]) Sed et *O* [7]) *D*; deum *TCH* eum *EF om. b* [8]) *CDb*; amonere *A* disponere *B* amorem *E* aminore *F* amouere *H* [9]) *O*; *om. A* cura *B add. F*: Ratio ad idem; *H*: Quod Amor fugiendus est quia per eum sapientia suum perdit officium [10]) propter-sapientia *O om. T* [11]) plenius *A* [12]) *om. A* [13]) *O*; moderare *T* [14]) sapientiores *B* [15]) insaniunt *B om. C* [16]) *DG*; *om. TEF* uidetur *C* solent *H* videmus *b* [17]) uoluptatis *ACE* [18]) *VEb*; impellere *A* implent *B* adimplere *GH* [19]) et mag. *om. B* [20]) sapientiores *B*

luxuriae[1] † contemnere solent excessus, quam[2] qui modica sunt scientia fulti. Quis enim Salomone maiori[3] fuit sapientia plenus, qui tamen sine modo luxuriando peccavit et amore mulierum[4] alienos[5] deos non timuit[6] adorare. Sed et quis[7] maior aut[8] sapientia clarior est David propheta repertus, qui tamen innumerabiles habuit concubinas[9], uxorem[10] male concupivit Uriae et eam adulterando[11] stupravit[12] virumque ipsius[13] tanquam perfidus[14] homicida necavit. Quis ergo mulierum[15] amator suam sciret cupidinem moderari[16], si in viris tanto sapientiae dogmate[17] fultis pro mulierum amore[18] sapientia suum non[19] novit officium nec modum potuit luxuriando servare[20].

Amatores iterum alia ratione confundimus. Amorem[21] namque mutuum, quem in femina quaeris, invenire non poteris. Non enim aliqua unquam dilexit femina virum nec amanti mutuo se novit amoris vinculo colligare. Mulier [quoque[22]] namque[23] quaerit in amore ditari, non autem coamanti placita[24] solatia exhibere; nec istud debet

---

1) magis lux. *B* lux. minus *G* 2) quam qui *om. H* 3) fuit magis sap. *H* 4) mulieris *BH* 5) *O*; alios *T* 6) intimuit *A* 7) *BD*; qui *ct.* 8) est *H* 9) uxores et concubinas *VZ* 10) uxorem namque *B* 11) *O*; adornando *A* adorando *B* 12) *E*; strupauit *ADF* uiolauit *B* struprauit *C* supprimit *H* 13) *add. DFZ*: uriam; *C*: urie 14) perfidum homicidam *B* 15) mulieris *B* 16) moderare *BCH* 17) dogm.-sapientia *om. A* 18) affectione *D* 19) *om. A* 20) conseruare *B om. H* *add. F*: Racio ad idem; *H*: Quod amor fugiendus est propter mutuum amorem seruare qui in femina non reperitur propter vitia inferius nominata in mulieribus naturaliter reperta 21) Amatorem *H* 22) *om. O* 23) *om. B* 24) *VH*; placida *TEb*

